CASTITAS et PVDICITIA paria deputantur, || cum sit pudicitia ab iniuria turpium libidinum libera; castitas et ab his continens ac remota praeterea et religiosa munditia et puritas. Vergilius Georg. lib. II (524):

casta pudicitiam servat domus.

et in Aen. lib. VI (661):

quique sacerdotes casti, dum vita maneret.

et lib. VII (71):

praeterea castis adolet cum altaria taedis.

atque ideo plus est castitas a pudicitia, quod pars sit pudicitia, cum aliis ceteris castitas.

PASCERE et ALERE. hoc distat auctoritate Varronis Gerontodidascalo, ut sit alere sufficiendi generis curam habere, pascere natos cibo saginare (183):

úbi graves pascántur *atque alántur* pavonúm greges.

ORA vel ORAE licet paria esse videantur, tamen ut genere, ita intellectibus distant. nam quoties in his neutrum genus tangitur, vultus vel facies nostra significatur.

22—29 Sim.—decr.; 1—4 Cast.—pur.; 12—14 Pasc.—sag.; 16—22 Ora—fines.

---

27 vel in. *secl. Mu.* || 29—30 *cf. 438. 14* || 30 n. ulla *L B^A^* || 2 ab inluvie *Mu.* || 3 ad rem. *L* || et praet. *Mu.* || 4—7 *cf. 267. 5* || 7 quisque *L A^A^* || manebat *codd. Verg.* || 8—9 *cf. 58. 25; 247. 39* || 10—11 par sit *L* || 11 pud. *om. L* || citeriis *L A^A^* || castitatis *Mu.* || 12 distat L^1: -ant *rell.* || 12—13 Varro Ger. (*haec post v. 14* saginare *transp. B^A^*): *corr. Ald.* || 15 *cf. 314. 33* (*s. v.* grave, multum) || atque alantur *om. codd. h. l.* || 16 O. et o. *Ald.* || 18 rostra *L B^A^ C^A^ D^A^*: vel rostrum *Mu.* || significat *L B^A^ C^A^ D^A^*.

Vergilius (Aen. I, 589):

os umerosque deo similis;

et lib. XII (373):

ora citatorum dextra detorsit equorum.

quoties femininum, cuius rei libet fines. et lib. I idem (306):

exire locosque
explorare novos, quas vento accesserit oras.

Inter EXTINGVERE et [inter] OBPRIMERE interesse Cicero voluit de Amicitia, ut sit maius obprimere quam extinguere (78): ‘quamobrem primum danda opera est, nequa amicorum discidia fiant; sin tale aliquid evenerit, ut extinctae potius amicitiae quam obpressae videantur’; quasi quod extinguitur, possit reflammari; quod obprimitur, non queat.

MORBVM a VITIO prudentia veterum sic voluit separari, ut sit morbus cum accessu utique || aut temporis aut contagii; vitium perpetua et insanabilis atque inrevocabilis causa.

MEMINISSE et IN MEMORIAM REDIRE hoc differre Aristoteles putat (περὶ μνήμης): διαφέρει μνημονεύειν τοῦ ἀναμεμνῆσθαι. et vult meminisse omnium esse animantium, ut cibi, potionis, somni, voluptatis; in memoriam revocare quod exciderit non nisi homines posse.

DIE QVARTE et DIE QVARTO hoc differre prudentis volunt, quorum tamen auctoritas in obscuro est, ut sit die quarto temporis praeteriti, die quarte futuri.

16—22 Ora — fines; 25—27 Inter — ext.; 31—7 Morb. — posse; 8 — 16 Die — dicat.

19—21 *cf. 459. 7* || 19—20 os — et *secl. Mu.* || 20—21 *cf. 459. 10* || 22 fines (*vel* -nis) * * * et lib. I [idem] *Mu.* || 23—24 (nov.) *cf. 294. 6* || 25 inter *om.* C^{A} D^{A} || 29 o. esse videantur *codd. Cic.* || 30 posset L A^{A} || 1 c. acc. et decessu vique *Mu.* || contagis C^{A} D^{A} (*non Oxon.*) || 2 causa mali *Mu.* || 3 hoc *secl. Mu.* || 4 *τὸ μνημ. Mu.* || *αναμιμνησθε*: *corr. Me.* || 5 amantium C^{A} D^{A} || 8 quarte et *Me.* (*ex Gell. X, 24. 10*): quarta et || 10 quarte *codd. Gell.*: quarta.

MENTIRI et MENDACIVM DICERE quemadmodum distent, Publius Nigidius, studiis bonarum artium praecellentissimus, manifestissime separavit (49): ‘qui mentitur, ipse non falsus, alterum fallere conatur; qui mendacium dicit, ipse fallitur. quantum in se est, vir bonus praestare debet ne mentiatur; prudens, ne mendacium dicat. alterum incidit in hominem, alterum non’.

FESTINARE et PROPERARE veteres voluerunt habere distantiam. Cato oratione quam de Suis Virtutibus scripsit (11,4): ‘aliud est properare, aliud festinare. qui unum quidquid mature transigit, is properat; qui multa simul incipit neque perficit, festinat’. — verum utrorumque verborum ratio sub hac significantia proxuma est veritati, ut sit saepe animi *properare* studiose ad res aliquas contendentis; *festinare* corpore necessitatibus obsequendi.

Vergilius lib. IV (Aen. 310):

et mediis properas aquilonibus ire per altum.

idem Aen. lib. II (373):

festinate, viri: nam quae tam sera moratur
segnities? ||

MATRONAE et MATRIS FAMILIAS dissimilitudinem hoc modo veteres docti separant quidam, ut sit *matrona* quae peperit semel, *mater familias* quae saepius. sed haec definitio videtur absurda. at haec fidelis locupletiorque

---

8—16 Die—dic.; 17—24 Fest.—obs.; 1—7 Matr.—spe.

---

13 siprauit L^{1} || **14** falsus] fallitur *codd. Gell. XI, 11. 1* || **15** fallitur. qui mentitur, fallit, quantum in se est; at qui mendacium dicit, ipse non fallit, quantum in se est. vir *Gell.* || debet et ne $L\,A^{A}\,B^{A}$ || **16** p. mend. (*om.* ne) $C^{A}\,D^{A}$ || **16** iudicet $L\,A^{A}$ || hominem *codd. Gell.*: homine || **20** quidquid] quid B^{A} (*cum codd. Gell. XVI, 14. 2*) || mutare: (*corr.* H^{2}) || transit B^{A} || **21** pe. is f. *codd. Gell.* || utrumque (-rom-) $C^{A}\,D^{A}$ || **23** p. a. *Me.*: p. animo *Mu.* || **24** corporis *ed. princ.*, *Me.* || obsequentis *Me.* || **26** Aen. *secl. Mu.* || **27** festinare L || **1** et matres fam. $C^{A}\,L$: et matrones fam. D^{A} || **4** obsurda $C^{A}\,D^{A}$ || **4—5** locupletiores m.: *corr. Mu.*

est: matronam, quae in matrimonio sit mariti, etiam ante susceptos liberos dictam, meliore tamen matris futurae spe matronae nomine nuncupatam. matrem vero familias, quae in familia mancipioque sit patria, etsi in mariti matrimonio esset.

AVARVM et AVIDVM ita discernuntur. avarum enim semper in reprehensione est; avidum autem ab avendo, quod est etiam honeste cupiendo, et a dilectione intellegi potest, ac per hoc aliquando malis, aliquando bonis adiungitur causis. ut Vergilius in Georg. lib. II (375):

pascuntur oves avidaeque iuvencae.

Sallustius in Bello Catilinae (7,6): 'laudis avidi, pecuniae liberales erant'.

AVDACIA et AVDENTIA hoc differunt, quod audentia fortitudinis sit, audacia temeritatis; ut Sallustius (Cat. 58, 17): 'audacia pro muro habetur'; et apud veteres saepe sic. Audentia. Vergilius (Aen. X, 284):

audentis fortuna iuvat;

et (Aen. IX, 291):

audentior ibo
in casus omnis.

1—7 Matr.—spe; 9—18 Avarum—temeritatis.

---

6 melior et non ma. C^A D^A || futura *L* A^A C^A D^A: -rae B^A || 7 MT (matronae *vel* matris) nom. || *fort. illud* matris (*v. 6*) *huius compendii explicatio marginalis erat* || omine *Quich.* || 6—7 mulierem. ita enim a matris nomine futuri spe nuncup. *Mu.* || 8 sit patris *Me.*: sit aut mariti aut eius patris *Mu.* || 10 in r. est <quasi avidum aeris> (?) *Mu.* || 11 et. hon. *post* dil. (*v. 11*) *transp. Mu.* || dil. *Mu.*: delectione B^A C^A *ut vid.*: delectatione *L* A^A || 12 mal. aliq. *om.* L^1 || 15 Cat. Be. (?) *Mu.* || 17—18 audac. tem. est audent. fort. *edd.* (*ex 431*) || 18—19 *cf. 242. 20; 431. 5* || 19 et ap. vet. sae. sic *post* omnis (*v. 23*) *transp. Mu.* || Aud. *secl. Mu.* || 19—20 *cf. 431. 6.*

quamquam et audaciam pro fortitudine positum legerimus, ut Vergilius lib. IX (2):

Irim de caelo misit Saturnia Iuno
audacem ad Turnum.

et (Aen. VIII, 364):

aude, hospes, contemnere opes.

humanitatis sit potius quam temeritatis.

PROSPICERE et RESPICERE distant, ut advorsum videre prospicere recte dicatur; respicere quasi retro aspicere. Varro Manio (260): ‘sedens altus alieno sumptu neque post respiciens neque || ante prospiciens’.

FVROR ab INSANIA hoc distat, *ut* Cicero Tusculanarum lib. III ostendit (11): ‘itaque non est scriptum: si insanus, set: *si* furiosus escit. insaniam enim censuerunt constantiam, id est sanitatem, tamen posse tueri, mediocritatem officiorum et vitae conmunem cultum atque usitatum; furorem esse rati sunt mentis ad omnia caecitatem. quod cum maius esse videatur quam insania, tamen eiusmodi est, ut furor in sapientem cadere possit, insania non’.

CONFIDENTIAE et FIDENTIAE discretionem M. Tullius pandit Tusculanarum lib. III (14): ‘qui fortis est, idem fidens, quoniam confidens mala consuetudine loquendi in vitio ponitur, ductum verbum a confidendo, quod laudis

---

443. 9—444. 11 (pern.).

---

25 (ut *om. G*) || 28—30 *secl. Mu.* || 30 quod hum. *Iun.* || 31—32 ut prosp. rec. dic. adv. vid. *Mu.* || 32 q. retro spicere *Mu.* || 32—33 *cf. 133. 28; 237. 15* (*s. v.* altum ab alimento dictum) || 2 hoc *om. Ald.* || ut *addidi* || Furorem—distare *Ald.*, *Quich.* || 3 non esse *L* A^A || 4 sed si *Cic.*: et (*praec.* s) || escit *Buherius*: esset: esse incipit (*glossema*) *codd. Cic. h. l., id. de inv. II, 148*: erit *codd. rhet. ad Herenn. I, 23* || 5 constantia id est sanitate vacantem *Cic.* || 7 fur. autem esse *codd. Cic.* || 8 malus: *corr.* H^3 *ut vid.* || ins. non possit *ed. a. 1476*: non possit insania *codd. Cic.* || 10—11 i. est fi. *codd. Cic.* || 11 quon. conf. *om.* L^1 || loquendum L^1: loquentium *rell.* || 12 dictum D^A.

est. qui autem est fidens, is profecto non extimescit. discrepat enim a timendo fidere'.

INVIDIA et INVIDENTIA. Cicero Tusculanarum lib. III (20): 'posset etiam in misericordiam, posset in invidentiam. non dixi in invidiam, quae tum est cum invidetur; ab invidendo autem invidentia recte dici potest, ut ecfugiamus ambiguum nomen invidiae'. — et lib. IV (16): 'ut aegritudini invidentia. utendum est enim docendi causa verbo minus usitato, quoniam invidia non in eo, qui invidet, solum dicitur, sed etiam in eo, cui invidetur'.

AEGROTATIO et AEGRITVDO. Cicero Tusculanarum lib. III (23): 'sed proprie, ut aegrotatio in corpore, sic aegritudo in animo nomen habet'.

IRACVNDVS et IRATVS, EBRIVS et EBRIOSVS, AMATOR et AMANS et alia || quid inter se distent, Cicero discrevit Tusculanarum lib. IV (27): 'aliud iracundum esse, aliud iratum; ut differt anxietas ab angore: neque enim omnes anxii qui anguntur aliquando. . . . inter ebrietatem et ebriositatem interest; aliud est amatorem esse, aliud amantem'.

LAETARI et GAVDERE. distat, ut Cicero Tusculanarum lib. IV (66): 'atque ut confidere decet, timere non *decet sic gaudere decet, laetari non* decet'.

PERNICITATEM *et VELOCITATEM* Cicero discrevit Tusculanarum lib. V (45): 'praestans valetudine, viribus,

---

443. 9—444. 11 (pern.).

---

13 confidens || fidere *Quich.*: fidens: confidere *codd. Cic.* || 15 posse: (*corr.* $H^2 E^1$) || 15—16 in (*om.* $A^A D^A$) invidiam || 16 non dixi invidiam *codd. Cic.*: non dixi in invidentia (-am H^3) || 17 au. invidia || 18 ut ecf. *Roth.*: ut et f. L^1: et ut f. *rell.* || 23 nominavet L^1: -avit *rell.* (-atur H^3) || 1 quid] qui C^A *ut vid.* D^A *ut vid.* || 2 estque aliud *Cic.* || 4 aliq. nec qui anxii semper anguntur; ut inter *Cic.* || 4—5 et ebriositatem *om.* L^1 || 5 aliudque *codd. plerique Cic.* || 6 distant $A^A C^A D^A$ || ut *secl. Mu.* || 7 ut non conf. *Cic.* || decet—non *om.* || 8 Pern. et vel.] Pern. (Pern. et praestantiam A^A): (Pern. vel. *ind. marg. in* B^A).

forma, acerrimis integerrimisque sensibus; adde etiam, si lubet, pernicitatem *et velocitatem*'. — et Vergilius Georg. lib. III hoc sensit (229):

dura iacet pernix instrato saxa cubili;

ut illud sit celeritatis, hoc patientissimae fortitudinis.

METVM, TIMOREM, FORMIDINEM, PAVOREM Cicero discrevit Tusculanarum lib. V (52): 'in quem autem metus, in eum formido, timiditas, pavor, ignavia'.

INNOCENS et INNOCVVM. hoc distat, quod sit innocens, non nocens; innocuum, inlaesum. Vergilius lib. X (301):

et sedere carinae
omnes innocuae.

LEGERE et ELIGERE non sub eadem significatione intellegi vult Varro de Rusticatione lib. I (R. R. 54,1): 'aprica prius debet descendere *de* vite. *in* vindemia diligentis uva non solum legitur, sed etiam eligitur. ad bibendum legitur, eligitur ad edendum'; ut sit legitur colligitur, || ut plerumque; eligitur melior quaeque de plurimis.

MISERARI et MISERERI veteres his sensibus esse voluerunt, ut sit miserari flere et lamentari; misereri miserationem alienis casibus exhibere; et activo ad primum affectum, passivo ad secundum. Accius Eurysace (351):

eí mihi, ut etiam haéc aerumna míhi luctum addit lúctibus!

---

443. 9—444. 11 (pern.); 17—18 Inn.—inl.; 2—5 Mis.—sec.

---

10 acerrimas A^A || integrisque (quae) || 11 et veloc. *om.* 11—12 *cf.* *368. 21* || 12 et inter d. *codd. 368* (*cum Verg.*) duro B^A || 16 in eundem *codd. Cic.* || 17 distant *ed. princ.* 21 eadem *Quich.*: ea || 22 de Re Rustica *Ald.*: *fort.* Rerum Rusticarum (*cf.* '*Non. Marc.*' *p. 112*) || 22—23 et quae pars arbusti ac vinea magis aprica, prius *Varr.*: africa prius || 23 de vite in vind., *cod. Varr.*: vitae (-te) vind. || 24—25 leg. s. e. eligitur. ad bib. legitur H^3 *ut vid.*: leg. s. e. eligitur ad bib. *rell.*: leg. ad bib. *cod. Varr.* || 24 ad vivendum: *corr.* H^3 (*cum* *E*) || 1 el. legitur mel. *Mu.* || 2 veteres A^A: ceteri $L\ B^A\ C^A\ D^A$ (A^A *marg. ut vid.*) || in his $C^A\ D^A$ || 3 miserari mis. *L* || 6 haec erumna haec m.: *corr. ed. princ.*

alia persona (353):

quíd miserare?

idem Erisace (355):

tuam sólitatem mémoras, formidas tibi.
te cónmiserabam mági' quam miserebár mei.

et multi similia, set aliquando † vexata generibus.

ACEROSVM et ACERATVM. utrumque nove positum, sed distanti proprietate signatum. a c e r o s u m namque panem farre minus purgato nec sordibus a candido separatis dicendum veteres putaverunt. Lucilius lib. XV (28):

quae gallam bibere ac rugas conducere ventris
farre aceroso, oleis, decumano pane coegit.

hunc Graeci *αὐτόπυρον* vocant. a c e r a t u m vero est lutum paleis mixtum, ut laterariis usus est. Lucilius lib. IX (46):

. laterem qui ducit, habet nihil ampliu' numquam
quam conmune lutum ac paleas caenumque aceratum.

MVLTVM et SATIS eo distant, quod m u l t u m infinitum est, s a t i s finitum: avaris illud, hoc parcis seu continentibus applicandum est. Lucilius lib. V (46):

13—16 Acero.—put.; 23—25 Mult.—est.

---

8 miserari (*seq.* i): miseras (?) *Mu.* || **9—10** *cf. 173. 22* (*s. v.* solitate) || **9** id me Erysacem (-ris-): *corr. Mu., qui locum sic refingit,* quid miserans tuam sol. mem. formidans tibi? | Idem Erysace | te conm. *etc.* || **10** memorans formidans *codd. 173* || **11** *fort.* -ebam || miserebar *Iun.*: -abar || **12** et multis mei et al. *L* A^A: et multis talia et al. B^A: *correxi*: et in multis similia set al. *Mu.* || variata *Mu.* || **15** ferre *L* B^A C^A D^A || purgatio *L* B^A C^A D^A || separato: *corr. Mu.* || **17** bibere *Paul. 96*: vivere || ventri *Paul.* || **18** oleis *scripsi*: -ei: -eo *Iun.*: *fort.* Olei (*i. e.* Auli) || poena *Mu.* || d. p. cumano co.: *corr. Turneb.* || **19** tunc (*praec.* t) *L* B^A || **21** latere: nam laterem *Iun.* || **21—22** ampl. nam quam co.: *correxi* || **22** a paleis: *corr. Francken.* || aceroso: *corr. F. Dousa* || **24** seu A^A: se *rell.*

nam si, quod satis est homini, id satis esse potesset,
hoc sat erat. nunc cum hoc non est, quî credimu' porro
divitias ullas animum mi explere potesse?

et lib. XIX (4):

denique uti stulto nil sit satis, omnia cum sint.

OMNE atque TOTVM. volunt quidam esse || seiunctum, ut ab omni plus esse totum putent, cum indiscretim [inter] frequenter positum legerimus utrumque et cum significantia universitatis. Lucretius lib. III (17):

totum video per inane geri res.

Vergilius in Bucolicis (X, 69):

omnia vincit amor.

et idem Georg. lib. III (242):

omne adeo genus in terris hominumque ferarumque
et genus aequoreum, pecudes pictaeque volucres
in furias ignemque ruunt: amor omnibus idem.

idem Aen. lib. VI (726):

totamque infusa per artus
mens agitat molem et magno se corpore miscet.

quid quod totum, quod plus putatur, non pro cuncto alicubi accipi potest? Vergilius Georg. lib. III (377):

totasque
advolvere focis ulmos ignique dedere;

ut sit totas integras, non omnes quae in mundo sunt, ulmos.

1—4 Om.—universitatis.

---

26 potesset *quid. ap. Dousam*: potis esse potisset (-tuisset *A*[A]): potisset *Iun.* || 28 mihi: illi *Mu.* || potesse *quid. ap. Dousam*: potisse *B*[A]: posse *L A*[A] || 30 ut st. nihil || 1 seiuncta (?) *Mu.* || 2—3 indiscretis inter: *corr. Me.*: indiscretis inter se (*add. Quich.*) sensibus *Mu.* || 3 et utr.: *corr. Mu.* || 4 I || lib. I * * * idem lib. III *Mu., qui laudat I, 388 sq. vel I, 1089* || 6—7 *cf. 526. 33* || 8 et *secl. Mu.* || 10 equorum *L A*[A] (aeq.) || 11 ignem quaerunt *L* || idem *om. L* || 19 ut sit totas integras sint non *L*: ut tot. int. sint non *A*[A].

ENITI, INNITI et OBNITI. cum ex uno sit intellectu, acceptis tamen praepositionibus fit diversum. eniti enim potest videri ad aliquam gratiam aut honorem aut utilitatem aerumnose tendere sive laboriose; quamquam in aliquibus gravius audiatur, ut sint enixae pariendi labore defunctae. inniti autem incumbere manifesto est. Vergilius lib. VI (760):

ille, vides, pura iuvenis qui innititur hasta.

obniti vero est contra adversa obluctari. Vergilius saepe (Georg. IV, 84):

usque adeo obnixi non cedere;

et alibi (Aen. III, 208; cf. IV, 583):

obnixi torquent spumas et caerula verrunt.

Terentius Andria (161):

pedibus mánibusque obnixe ómnia
factúrum.

INLIX et INLEX hoc discernuntur. ab inliciendo inlix; inlex a quo lex non servetur. Plautus Poenulo (745):

quia ílli tantae réi fuimus || ínlices.

20—25 Niti—est; 34—35 Inlix—servetur.

---

20 Niti et obniti *L* B^A C^A D^A: Niti inniti et obniti A^A: En. et inn. et obn. *Mu.* || sint *Mu.* || **21** prop. L^1 || niti *L* B^A: eniti A^A C^A D^A || **22** ad *Mu.*: aut || **23** erumnoso tendere (erumnos ostendere C^A D^A) sine labore: *corr. Mu.* || **24** audiat *Mu.* || defuncti (*seq.* i): *corr. ed. a. 1476* || **25** manifestum (-tatum C^A D^A): *corr. Mu.* || **25—26** *cf. 353. 13* || **26** iuves A^A: iuvenes *L* || qui nititur *L* B^A (*cum codd. 353*) || **27** s. ut *Mu., qui etiam probat* ut Verg. saepe, *del. vv. 28—30* || **30** *cf. 420. 4* || obnixae *L*: adnixi *codd. 420* (*cum codd. Verg.*) || **32** man. pedibusque *codd. Ter.* || **34** ab iniciendo L^1 C^A D^A (-iti-) || **1** quid i. t. r. fumus inlix (ill.) *corr. Mu.*: qui illi malae rei tantae fuimus inlices *codd. Pl.*

idem Persa (408):

iniúre, inlex, labés, popli;

hoc est vivens sine lege, sine iure.

ERGASTYLVM et ERGASTYLVS, ut genere, ita intellectibus differunt. nam neutro carceris locus est; masculino custos poenalis loci. Lucilius lib. XV (30):

non ergastylus unus.

et alius: 'indicem adposuit, quasi ergastylum, ut nemo sententiam libere possit dicere'.

FREMERE et FRENDERE hoc disparantur, quod est fremere magnum sonare. Vergilius Georg. lib. II (160):

fluctibus et fremitu adsurgens, Benace, marino.

frendere alicubi cum gemitu vel iracundia miserum aut minax sonare, *alicubi frangere*. Vergilius Aen. lib. III (663):

luminis ecfossi fluvidum lavit inde cruorem,
dentibus infrendens gemitu.

Pacuvius Antiopa (10):

frendére noctes, mísera quas perpéssa sum.

Plautus (inc. fr. XXXIV):

néc machaera aúdes dentes fréndere?

Pacuvius Antiopa (11):

. frúges frendo sóla saxi róbore.

5—7 Erg.—loci; 11—15 Frem.—sonare.

2—3 *cf. 10. 10* || **4** *post* inlex (v. 3): *transp. Quich.*: *secl. Mu.* || **5** ita *om.* *L*[1] || **7** loci * * * Luc. *Mu.* || **9** ind. *I. Dousa*: iudicem || **9—10** q. ergastylum u. n. s. l. *Mu.*: u. n. s. l. q. ergastylus (-telus, -tilus) || **10** sentiam *A*ᴬ || posset *Quich.* || **11** disputantur *C*ᴬ: distare putantur *D*ᴬ || **12** conare *L*[1] V *C*ᴬ *D*ᴬ || **13** bienace *L* *C*ᴬ *D*ᴬ || **15** alicubi frangere *add. Mu.* || **16** ecforsi *L*: et forsi *A*ᴬ || **19** Nyctes *Mu.* || quae *Both.* || perpessarum: (*corr. H*[2]) || **21** macheram (-ce-): *corr. Both.* || **23** fruge f. *L* *B*ᴬ | frendeto *Mu.* || solido *Mu.* || saxi *Voss.*: sacsic (s hac si *P*) || robore *Scal. Coniect. 157*: probore *L* *B*ᴬ: probo rem *A*ᴬ (pro *pro* ro, *ut in 131. 4; 251. 33*).

Accius Troadibus (478):

saxo fruges frendas.

FORA et FORI ut genere, ita [et] intellectibus discernuntur. neutro enim loca sunt quibus ius dicitur; masculino spatia in navibus; ut Vergilius lib. VI (411):

inde alias animas, quae per iuga longa sedebant,
deturbat laxatque foros; simul accipit alveo
ingentem Aenean;

vel locus apertus ac patens. unde et gladiatores foros facere dicuntur cum longo circuitu sectantur.

EDVCERE et EDVCARE hanc habent distantiam. educere est extrahere; educare nutrire et provehere. Varro Cato vel de liberis educandis (5): 'educit enim obstetrix, educat nutrix, instituit || paedagogus, docet magister.

ABORSVS et ABORTVS significationes varias habent. aborsus enim ille dicendus est, qui est in primis mensibus, cum conceptui exordium factumst; abortus, prope tempus pariendi: tunc enim moritur quod nascitur. in plurimis haec reconditis invenimus.

26—35 Fora—prov.; 2—5 Aborsus—nascitur.

---

25 frendas] franges *codd. Serv. Dan. in Aen. I, 179* || 26 et *om.* L^1 || 28—30 (det.) *cf. 101. 16* || 30 feros L^1 || 32 bello cus ap. ae pat. L^1: vel locuples (locus *Oxon.*) ap. vel pat. C^A D^A || 35 extruere (-uh-) C^A D^A || enutrire (*praec.* e) L A^A B^A || 1 docet *Iun.*: hoc et (hoc est A^A) || 3 qui eiectus est *Mu.* || 4 ab. qui prope *Mu.* || 5 quid: (*corr.* H^2) || 6 recondita (?) *Mu.*

VI.

INCIPIT
DE INPROPRIIS.

EDOLARE fabrorum est verum verbum, cum materiarum conplanatur asperitas. usi sunt eo laudandi scriptores vetustatis etiam ad alias fabricas rerum. Varro Bimarco (59): 'cum Quintipor Clodius tot comoedias sine ulla fecerit musa, ego unum libellum non "edolem", ut ait Ennius'? (inc. XXXII.)

SVLCVS omne, quidquid in longitudinem aculeatum est, dici potest veterum auctoritate doctorum. Varro Bimarco (54):

ét pater divûm trisulcum fúlmen igni férvido actum
míttit in tholúm macelli.

Vergilius Aen. lib. II (475):

et linguis micat ore trisulcis.

PAENVLAM abusive *ad* omne quidquid tegit nobilissimi veteres transtulerunt. Varro Manio (267): 'et cum corrigia disrupta sonat aridum, relicum pedem paenula scortea pertegere'.

---

448. 8—456. 10.

8—9 *om.* *D^A* || 9 INPROBIS *C^A* || **10** verum *del. Mu.* || **13** dolius *C^A D^A* || **13—14** f. musa *Iun.*: fecerimus || **15** longitudinem *L*¹ *C^A ut vid.*: -ne *A^A B^A D^A* || **17** fervido *Σ, ed. princ.*: fruido || **20** ora *A^A C^A D^A* || **21** ad *add. Ritsch. Parerg. 453* || **22** ut cum (?) *Mu.* || **23** dir. sonat a. r. *Quich.*: diruptas (disr.) tonat har. (ar.) r.: disruptast, enatare cum reliqua *Bue.* || pedem *Iun.*: pede (*om. A^A*) || protegere *Popma.*

VITREVM pertenue et perlucidum, quidquid est, auctoritate veterum dici potest. Varro Modio (313): 'quamst horum, *quorum* vitreae togae ostentant tunicae clavos'.

TELA etiam lapides dici posse auctoritas docuit et omnia quaequae iaciuntur. Sisenna Hist. || lib. III (23): 'manualis lapides dispertit, propterea quod is ager omnis eiusmodi telis indigebat'.

SILENTIVM FIERI consuetudine sumptum est. Sisenna de contrario Hist. lib. IV oriri (121): [de contrario] 'silentium oritur'.

CAECVM non solum oculis captum, sed et insidiosum et occulte malum et tacitum vel latens quid dicendum veteres aestimaverunt. Sisenna Hist. lib. IV (104): 'subito mare persubhorrescere caecosque fluctus in se provolvere leniter occepit'. — Vergilius Aen. lib. VI (30):

caeca regens filo vestigia.

LABRA non hominum solum, sed et margines vel fines dici posse auctoritas persuadet. nam et labruscam genus esse erraticae vitis volunt, quae in saepibus et in labris agrorum et in terminis nascitur; ut Vergilius in Bucolicis (V, 7):

silvestris raris sparsit labrusca racemis.

---

448. 8—456. 10.

---

24 Vitr. quidq. est pert. et perluc. (?) *Mu.* || **25—26** *cf. 536. 32* (*s. v.* tunica) || quam storum *codd. utrobique* || **26** quorum *om. codd. h. l.* || bitae (-te) (bitea C^{A} D^{A}) estote ostenant (-neant G^{1}) unice clavos *codd. h. l.* || **27** dici esse posse C^{A} D^{A} || **2** teliis L^{1} || **3** *null. lemm.* L A^{A} || **3—4** sis. de contiario L A^{A} B^{A} C^{A} *ut vid.* || de contrario Sis. Hist. lib. IIII, sil. or. *Mu.* || **7—8** (prov.) *cf. 423. 8* (*s. v.* horrendum et horridum) || **8** subhorrere *codd. 422* || I *L ante corr.*: V A^{A} || **12—13** quod — nascatur *Mu.* || **13—14** ut — rac. *del.* (?) *Mu.* || *cf. 211. 23.*

Sisenna Hist. lib. IV (103): 'innoxios trementibus artubus repente extrahis atque in labro summo fluminis caelo albente'. Vergilius lib. VIII (22):

sicut aquae tremulum labris ubi lumen aenis.

INTERFICI et OCCIDI et inanimalia posse veteres vehementi auctoritate posuerunt. Plautus in Menaechmis (512):

occísa est haec res.

Lucilius (inc. 92):

durum, molle voras, fragmenta interfici' panis.

Vergilius Georg. lib. IV (330):

fer stabulis inimicum ignem atque interfice messes.

Sallustius Hist. lib. II (96): 'multique conmeatus interierant insidiis latronum'. — Plautus Mercatore (832):

úsus . . . . mihi harunc aédium
ínteremtus, ínterfectus est.

Lucilius (inc. 93):

intereunt, labuntur, eunt vestra omnia vorsum.

M. Tullius Oiconomico (12): 'nullo modo facilius arbitror || posse neque herbas arescere et interfici neque terram ab sole perquoqui'. — idem ad Hirtium lib. IX (4): 'dicis quasi istuc intereat. nescio; nisi tamen

448. 8—456. 10.

15 innoxos: *corr. Ald.* || 16 repetente B^A: repentes *Quich.* | extrahit *Iun.*: trahis (?) *Mu.* || sumni (-nio, *fort.* -mi) B^A | 17 alvente: *corr. Ald.* || VII || 19 et occ. *del.* (?) *Mu.* || et in.] inani (*sic*) $C^A D^A$ || vet. posse: *corr. Mu.* || 23 vorans (-ras) *Mu.* || interficit: (*corr.* G^1 *ut vid.*) || 24—25 *cf. 330. 26* || 25 fers $C^A D^A$ || 28 usus fructus victus cultus iam mihi *Pl.*: mihi harum || 29 interemtust *codd. Pl.*: interitus (-tum $C^A D^A$) interfectust *Pl.* || 31 intereunti l.: *corr. Ald.* || euntur om.: *correxi*: eunt rursum *I. Dousa* || 1 arisceret interf. L^1 || 3 dices, quaeso *Nobb.*, istuc tua *Mu.*, intererat *ed. princ.*

450 M.

erat mihi iocundum; sed veritus nequi casus perimeret superioris'.

GANNIRE cum sit proprie canum (Varro [Men. Sat. 3; cf. L. L. fr. 3] asinos rudere, canes gannire, pullos pipare dixit; et Lucretius lib. V [1070]:

alio pacto gannitu vocis adulent),

etiam humanam vocem nonnulli gannitum vocaverunt.

Afranius Prosa (283):

ganníre ad aurem númquam didici.

Lucilius lib. VII (29):

eodem
pacto oggannis.

DOTATAM non a dote dici, sed ab omni qualibet copia Cicero de Oratore lib. I auctor est (234): 'cuius artem cum indotatam esse [et incomitatam] et incomtam videres, verborum eam dote locupletasti et ornasti'.

PVTIDVM et sensibus et auribus probari Cicero de Oratore lib. III scribit (51): 'quoniam haec satis spero vobis quidem certe maioribus natu inhonesta et putida videri'.

CINCINNOS ac FVCVM, quod est alibi coloris, etiam non talium rerum Tullio auctore dicimus, de Oratore lib.

448. 8—456. 10.

4 severitus nequi (neque A^A) *L* A^A B^A: severitudine qui C^A D^A: *corr. marg. Iun.* || casus *Iun.*: casum (*fort. ex voce* sum *in mg. archetypi add.*) || 5 sup. * * * *Mu.* || 6 Garrire: *corr.* A^A || 7 garrire: *corr.* A^A || 8 (ga.—ad.) *cf. 17. 6* || cannitu *L* C^A D^A *ut vid.*: cannit (canit) *codd. 17* || voces *codd. h. l.*: (*corr.* H^2) || adulant *Lucr.* || 10 Rosa *Ald.*: Persa *ed. princ.* || 14 pactologannis: *corr. I. Dousa* || 15 do. tantum di. *Mu.* || 17 et incomptam *om.* L^1: et comptam (conp.) C^A: et comtam D^A || videris: *corr.* H^3 || 19 P. ut naribus ita au. *Mu.* || 21 certa C^A D^A || natum inho. L^1: na. molesta *Cic.* || 22 Cinnos: *corr. Quich.* || aliud: *correxi* || quom sit * * * aliud *Mu.* || 23 discimus B^A: didicimus C^A D^A.

III (100): 'atque eo citius in oratoris aut poetae cincinnis ac fuco offenditur'.

ABDICARE non solum de patris facto potest dici, quod est familia abicere, sed rem quamlibet negare. Pacuvius Atalanta (55):

mórtem ostentant, régno expellunt, cónsanguineam esse
ábdicant.

EQVISONES non equorum tantum moderatores aut magistros, sed omnis quibus regimen || conceditur cuiuslibet rei dici posse veteres probaverunt. Varro Marcipore (276): 'hic in ambivio navem conscendimus palustrem, quam nautici equisones per viam quam ducerent loro'.

MERIDIEM mediam diei partem omnes putant solum esse dicendam, cum et noctis et aetatis partem doctorum auctoritas dixerit. Varro Marcipore (269):

repénte noctis círciter merídie,
cum píctus aer férvidis late ígnibus.
caelí chorean ástricen osténderet.

nos in Epistulis quae inscribuntur a Doctrinis de Peregrinando: 'exvigila igitur aliquando et moracium cogitationum, priusquam aetas in meridie est, torpedinem pelle'.

448. 8 — 456. 10.

24 oratore || aut in p. *codd. Cic.* || cinnis || 26 est e f. *Mu.* || abigere (?) *Mu.* || 3 plaustrem: *corr. A^A ut vid.* (palustrem *H*[1], palstrem *E*[1]*P*) || 3 (quam) — 4 *cf. 106. 1* || 4 viam] ulvam *Bue.* || qua *codd. 106*: quum *Scal. catal. p. 242* || loco *codd. h. l.*: lora *codd. 106*: *corr. Iun.* || 6 c. e. n. et eam temporis partem: *correxi*: c. e. n. et aetatis eam temporis partem *Mu.* || 8 repetente *B^A* || 10 c. orean astrice o.: *corr. Roth.* || ostenderent (-runt *C^A D^A*): *corr. Iun.* || 11 — 12 de per. a doctr. *Mu.* || 12 et vigilia: evigila *Gifan.* || *fort.* et vigila || moratium *C^A D^A*: morantium *ed. princ.* || 13 mer. et: *corr. Iun. in Erratis* || torpidinem (-pitudinem *B^A*): *corr. ed. a. 1476*: turpidinem (?) *Mu.* || pelle *Iun. in Erratis*: pellere *L*[1]: -ret *rell.* (*seq.* red).

RAEDAM pro curru Varro Marcipore (284):

díxe
régi Medeam ádvectam per áera in reda ánguibus.

FASCEAM pro cortice Varro Gerontodidascalo (182):

ín quibus Libýssa citrus fásciis cingít forem.

LIBRVM pro cortice Vergilius Georg. lib. II (77):

udoque docent inolescere libro.

VISCVM positum pro rete, a tenacitate. Varro Parmenone (385):

lepúsculi timéntis hoc quadrángulum
dedít Diana réte nexile, árcyas,
viscúm fugai líneamque cónpedam.

CALCAR pro impetu Varro Sesqueulixe (472):

véntu' búccás
véheméntiu' súffláre et cálcar ádmovéré.

EBRIOS et IEIVNOS non vinulentos aut sine cibo, sed expletos qualibet re possumus dicere. Varro Eumenidibus (144): ‘et ceteri scolastici saturis auribus ‖ scholica dape atque ebriis sophistice aperantologia [consurgia] consurgimus, ieiunis oculis’.

---

448. 8 — 456. 10.

---

15 dixi D^A: dixerunt *Mu.* ‖ **16** pro aera C^A D^A ‖ redam: *corr. ed. a. 1476* ‖ advectam *post* red. *Mu.* ‖ **17—18** *cf. 86. 7* (*s. v.* cytrus) ‖ **18** citrus *codd. 86*: cratury (-ri) (-rus A^A *ut vid.*) ‖ faciis L^1 ‖ frontem A^A: fores *codd. 86* ‖ **19** *null. lemm. L* ‖ **19—20** *cf. 62. 24* ‖ **21** tenuacitate D^A ‖ **21—24** *cf. 28. 9* (*s. v.* conpedes) ‖ **23** *fort.* Dianaî (*dat. casu*) ‖ **23—24** archias viscum *codd. 28*: araviscum D^A: braviscum C^A: ataviscum *L* A^A B^A ‖ **24** fugai *Me.*: fuge *codd. h. l.*: fugam *codd. 28* ‖ **26** ventus succasu ve.: *corr. Ries.*: ven. sub occasum veh. *Lips.* ‖ **28** Ebrius: *corr.* B^A ‖ et ticinius (-tinius C^A D^A): *corr.* H^3 ‖ non solum vin. *Mu.* ‖ sino civo: (*corr.* H^2) ‖ **29** expl. aut destitutos qu. *Mu.* ‖ **1** ceteris sc. C^A D^A ‖ scolasticis auris auribus: *corr. Roth.* ‖ **2** atque *Iun.*: aqua ‖ sophistice *Bue.*: festicae (-ce) ‖ **2—3** consurgia consurgimum C^A: consurgia ac consurgimum D^A ‖ consurgia *del. Iun.* ‖ **3** c. set ie. *Mu.*

GIBBERVM, pro extanti et eminenti. Varro Eumenidibus (156): 'item tragici prodeunt cum capite gibbero, cum antiqua lege ad frontem superficias † accedebat'.

TORRERE non solum ignis, sed etiam frigus potest auctoritate. Varro Eumenidibus (161): 'capite aperto esse iubet, ante lucem suscitat, frigore torret, venatum eicit, ieiunio vellicat'. — cuius auctoritatis gravitatem secutus Maro a vero non aberravit Georgicon lib. I (93):

aut Boreae penetrabile frigus adurat.

AEDIFICANDI manifesta est significatio. ab eo tractum est ut quaequae fabricantur qualibet opera aedificari dicantur. Vergilius Aen. lib. II (15):

instar montis ecum divina Palladis arte
aedificant.

SQVALERE non sordium plenum esse tantummodo, ut nunc consuetudine persuasum est, sed et honesta re abundare et refertum esse veteres honesta auctoritate posuerunt; ducique hanc significantiam a squamis putant. ut enim est in corporibus sordium alta congeries, qua squalere dicuntur, ita quod fuerit qualibet re densatum, oneratum inculcatumque squalere voluerunt. Vergilius lib. X (314):

et tunicam squalentem auro.

---

448. 8 — 456. 10.

---

5 item — 8 Eum. *om.* $C^A D^A$ (*propter homoeotel.*) ‖ 5 cum *om. Ald.* ‖ libero $L B^A$ ‖ 6 -bat $L B^A$: -bant A^A ‖ superficies accedat (?) *Bue.*: superficia succedant *Mu.* ‖ *fort.* superfigia ‖ 7 — 8 p. dici auct. (?) *Mu.* ‖ 8 Varronis *Ald.* ‖ *cf. 236. 24* (*s. v.* apertum) ‖ operto $L A^A$ ‖ 10 eicit $L B^A$: eiecit $A^A C^A D^A$ ‖ vellicem: *correxi*: vellicum (*i. e.* vilicum) *Oehler., Mu.* ‖ ie. vexat v. *Mu.* ‖ quivis auct. L^1 ‖ 13 ab ea *Mu.* ‖ 15 III (*seq.* i) ‖ 19 sed et A^A: sed B^A: *om.* $L C^A D^A$ ‖ 20 honesta *del. Mu.* ‖ 22 — 23 quae (qua H^3) sq. dic. *ante* sord. *transp. Mu.* ‖ 24 — 25 *cf. 319. 25; 404. 13* ‖ 24 XI *codd. h. l.* ‖ 25 per t. B^A *cum Verg.* (*etiam codd. 319, 404*).

Accius Pelopidis (517):

éius serpentis squámae squalido aúro et purpurá praetextae.

TRANSGRESSVS a pedum gradu proprie dicitur; sed auctoritas vetustatis liberiorem loquendi usum dedit; ut Sallustius Historiarum lib. I et de his qui navigassent et de ipsis navibus, eo verbo uti || voluit, in quibus gradus non sit. de Sertorio (104): ʻnactus obscuram noctem aestu secundo *furtim aut celeritate vitare proelium in transgressu conatus est*ʼ. — ac inde infra (105): ʻtransgressos omnis recipit mons praeceptus a Lusitanisʼ. — alibi de scaphis (98): ʻearum aliae paulum progressae nimio *simul et* incerto onere, cum pavor corpora agitaverat, deprimebanturʼ. — Lucretius (IV, 528):

praeterea radit vox *fauces saepe* facitque
asperiora foras gradiens arteria clamor.

BIBERE recte dici † ea omnia quae haustus habent, ut animalia et terrae. ut Vergilius in Bucolicis (III, 111):

sat prata biberunt.

verum auctoritate litterata etiam arida ac sicca et quibus haustus non sint bibere positum invenimus. Vergilius lib. XI (803):

hasta sub exsertam donec perlata papillam
haesit virgineumque alte bibit acta cruorem.

448. 8 — 456. 10.

27 squamae *Gell. II, 6. 25*: squama || praetextae (pert.?) *Gell.*: textae || **1—2** in q. g. n. s. *post* navibus *transp. Mu.* || **2** desertio: *corr.* H^3: ut de Sert. (?) *Mu.* || **3** aestus A^A (*seq.* s) || **3—4** furtim—conatus *Gell. X, 26*: *om.* || **4** ac deinde infra *Mu.* (*ex Gell.*): ac inde quin (*seq.* tra) || **5** praeceptus L^1 A^A: -pturus *rell.* || lutanis L^1 || **6** paululum *codd. Gell.* || progr. nim. sim. et inc. on. *Gell.*: nimio progressae inter cum sicco onere: *fort.* item cum || tum pav. C^A D^A || **7** radit *Lucr.*: pavit || vos B^A || fau. sae. (*seq.* facitque) *om.* || **8** asperiora *Lucr.*: aspera || **9** dicta o. *Mu.*: *fort.* dicimus ea o. || **10** (ut *om.* E^1) || **13** sint *Mu.*: sit || **14** exerta (exserata L^1).

LIBIDINEM et adpetitum vel aemulationem etiam honestae rei possumus dicere, ut sit libido omne quod libuerit. Sallustius in Catilinae bello (7, 4): 'magisque in decoris armis et militaribus equis quam in scortis atque conviviis lubidinem habebant'.

VSV, id est utendo. unde et usurpare dictum est optinere quidquam † possit. veteres usu perire, hoc est non utendo, aliquid posse. Plautus Amphitryone (845):

Amphitryo es profécto. cave sis né tu te usu pérduis.

FVRTVM etiam non ablata res, sed omne quidquid occulte geritur auctoritate veterum dici potest. Vergilius Georg. lib. IV (346):

Vulcani Martisque dolos et dulcia furta.

Plautus Amphitryone (fr. IX):

mánifestum hunc optórto collo téneo furem flágiti.

INGREDI, non solum, ut est manifesta eius || verbi significatio, sed et venire ac se ostendere auctoritate Plauti possumus dicere in Amphitryone (fr. VIII):

nílne te pudét, sceleste, pópuli in conspectum íngredi?

OBSEQVIA non solum minorem maioribus exhibere, sed et minoribus per vicem veterum excellens auctoritas voluit. Plautus Asinaria (76):

ego sane cupio obsequi gnato meo.

---

448. 8 — 456. 10.

---

16 et *del. Quich.* || 20—21 est, hoc est usu opt. *Mu.* || 21 Opt. (*nov. lemm.*) *L* (*cum Montepess.*) || quid quamquam *Mu.* || possessione *Me.*: posuit (vetustas) *Ald.*: *del. Quich.* || perire *post* ut. *transp. Mu.* || 22 posse putaverunt. Pl. *Goetz.*: *fort.* posuerunt. Pl. || 23 Amphitryo es *Pl.*: est (*om.* Am.) || 24 ablatas: *corr.* H^3 || 25 ueteres L^1 || 25—26 *cf. 310. 9* || 27 furti fl. *Goetz.* || 1 non] in (*praec.* i) $C^A D^A$ || n. s. intrare, ut *Quich.* || 4 scelesta *Me.* || 5 minora $C^A D^A$: minores H^3 (H^2?) || 6 et maiores min. *Mu.* || 8 c. id obs. *Mu.* || et id ego percupio obsequi gnato meo *codd. Pl.*

VERSVTOS non solum ad malitiam callidos, verum et recte peritos intellegi posse Plautus informat in Asinaria (119):

nec mági' versutus néc quo *ab* caveas aégrius;
eidem homini versuto, siquid recte curatum velis,
mandés.

DEVORARI non solum cibus gutture, sed et vox auribus potest. Plautus in Asinaria (649):

auscúltate atque operám date et mea dícta devoráte.

et in Aulularia (537):

nimiúm libenter édi sermoném tuum.

BICIPITEM quod incorporatum est posse dici Varro de Vita Populi Romani lib. IV aperuit: 'in spem adducebat non plus soluturos quam vellent; iniquus equestri ordini iudicia tradidit ac bicipitem civitatem fecit, discordiarum civilium fontem'.

DEFAECATA omnia pura et inturbata et sine sordibus possumus dicere, ut vinum sine faecibus. Plautus in Aulularia (79):

nunc défaecato démum animo egrediór domo.

MALITIAM veteres, ut dolum, mediam ponendam esse duxerunt, quasi sit et bona. Plautus in Aulularia (215):

cérto edepol equidém te civem síne mala omni málitia;

adeo ut inprobo praeposuerit malum, quod levius putatur, in eadem (213):

"quid factis?" — ‖ "néque malis neque ínprobis".

---

448. 8 — 456. 10.

---

9 recti *Mu.* ‖ 11 versutum ‖ ab *om.* ‖ 12 idem ‖ vers. *om. Pl.* ‖ 16 me $L^1 C^A D^A$ ‖ devorante $L^1 C^A D^A$ ‖ 19 Bicipite *Mu.* ‖ 20 apparuit L^1 ‖ spe: *corr. ed. a. 1476* ‖ 21 vellem B^A ‖ v. senatui in. *Popma, Stadius* ‖ iniquius B^A: iniqius *L ante corr.* ‖ 23 Defecta L^1 ‖ 26 medium: *corr. Quich.* ‖ 28 acerto (*praec.* a): certe *codd. Pl.* ‖ 29 inprobum: *corr. Mu.* ‖ proposuerit: (*corr.* H^2 *ut vid.*) ‖ malo: *corr. Mu.* ‖ ut improbum postposuerit malo *Quich.* ‖ putaretur *Mu.*

BELVAM indifferenter posuit auctoritas veterum. Plautus Aulularia (561):

quó quidem agno sát scio
magi’ cúriosam númquam esse ullam béluam.

Cum sit grocire corvorum, Plautus in Aulularia CANTARE eos dixit (624):

nón temere est quod córvus cantat míhi nunc ab laevá manu.

ROSTRVM hominis dici non debere consuetudo praesumpsit. *set* apud Plautum in Menaechmis positum sic (89):

aput ménsam plenam hóminis rostrum déligis.

Novius Paedio (67):

nec úmquam
vidít rostrum *in* tragoédia tantúm Titi . . .

Lucilius Satyrarum lib. V (49):

ne designati rostrum praetori’ pedesque
spectes.

idem lib. IX (74):

arripio et rostrum labeasque huic zopyriatim
percutio dentesque advorsos discutio omnis.

Varro Periplu lib. II, περὶ φιλοσοφίας (419): ‘itaque videas barbato rostro illum conmentari et unumquodque

---

448. 8—456. 10.

3—4 aulularia quo $L^1 C^A D^A$: aulularia in quo $A^A B^A$: *corr. Me.* || 4 agnoscat || 5 nusquam *Pl.* || ad belua ma. D^A || 9 non *om.* A^A || 10 set (*praec.* sit) *add. Mu.* || 11 homini *codd. Pl.* || deliges *Pl.* || 12 Novius *Me.*: nonbis || 14 vidi *Ribb.*, *Mu.* || in *om.* || r. ego in tr. *Mu.* || titus C^A *ut vid.* D^A (*seq.* Lucilius): *an* Tityus? || 16 praetores (pret.): *corr.* B^A || pedesve (?) *Mu.* || 19 labeatque *L* (-ad- L^1) $A^A B^A$: libeatque $C^A D^A$: *corr. Bentin.* || huic *Westerhovius*, zopyriatim *Varges.*: hoc zeferiat in || 22 inlum L^1.

verbum statera auraria pendere'. — idem Serrano, περὶ ἀρχαιρεσιῶν (455):

rostrum inprótrudentum incésserent.

FATVM, sicuti conmuniter intellegitur, significantiam decreti habet; e doctis tamen indagationibus invenimus positum esse pro voluntate. Vergilius lib. VII (293):

heu stirpem invisam et fatis contraria nostris
fata Phrygum!

nec enim Iuno aut quisquam deorum fatum habet, quod ipsi faciunt. et in eodem (Aen. VII, 50):

filius huic fato divûm prolesque virilis
nulla.

et in alio (Aen. IV, 614):

et sic fata Iovis poscunt, hic terminus haeret.

RICTVM ferarum dici volunt, cum Titinius auctor sit etiam hominis dici debere (172):

cave! ‖
expórge frontem; hábeat semper fácito rictus.

item Pomponius Prostibulo (156):

quís hic est? quam ob rem hic próstat? rictum et lábeas
cum consídero.

---

448. 8 — 456. 10.

---

24 ne nos (?) rostr. inprudentum incesseret *Mu.* ‖ inprotrudentum *A*[A]: -dum *rell.*: protrudendo *Iun.* ‖ cesserent: *corr. Iun.* ‖ 25 Factum *A*[A] ‖ 26 habet e *A*[A] *ut vid.*: habet a *B*[A] *C*[A] *D*[A]: habita *L*[1] ‖ indagationis *A*[A]: -nes *rell.*: *corr. Mu.*: (indagantes *H*[2]): -ne *Roth.* ‖ invenimur *C*[A] *D*[A] ‖ 28—30 *cf. 226. 29; 303. 32* ‖ 32—34 *cf. 303. 35* ‖ 33 viris *D*[A] ‖ 37 fer. tantum (?) di. *Mu.* ‖ 38 decere (?) *Mu.* ‖ 39—1 *cf. 221. 19* ‖ cálve, exp. *Quich.* ‖ 1 excorde *codd. h. l.* ‖ labeat *codd. h. l.*: labea *Ribb.* ‖ facto *codd. utrobique*: *corr. Iun.* ‖ ric. rideat *pars codd. 221.*

Lucilius Satyrarum lib. III (49):

malas tollimu' nos atque utimur rictu.

Varro Papia Papae, περὶ ἐγκωμίων (375): 'ante auris modo ex subolibus parvuli intorti demittebantur sex cincinni; oculis suppaetulis nigelli pupuli quam hilaritatem significantes animi! rictus parvissimus, ut refrenato risu roseo'.

STVPRVM quod cum viduis conmittitur, hoc solum dici putant; veteres pro adulterio et vitio ponunt. Plautus Amphitryone (883):

stuprí, dedecoris á viro argutám meo.

Sallustius Hist. lib. III (98): 'ac statim fugitivi contra praeceptum ducis rapere ad stuprum virgines matronasque'.

THENSAVRVM etiam copiam pessimae rei dici posse Plautus voluit in Amphitryone (fr. x):

qui domi uxorém meam
ínpudicitia ínpedivit, téneo thensaurúm stupri.

COMPOTEM in bonam partem solum accipi putatur, cum et in malam positum sit. Plautus Epidico (559):

"cédo manum". — "accipe aérumnarum et míseriarum
cómpotem".

Naevius Danae (5):

eam núnc esse inventám probris
cónpotem scis.

448. 8 — 456. 10.

6 utimus *Rutgers.* || 7—10 *metrice discr. Scal., Mu.* || 8 nodo *Scal.* || subolibus] crobyli *Gifan.,* bis *Mu.*: *fort.* exsoluti || dim.: *corr. Lips.* || 9 oculi suppaetuli *Palmerius* || nigellis: *corr. Ries.* || populi: *corr. Ribb.*: pupulis *Palmerius* || quam] aliquam *Gifan.* (*praec.* -uli): quandam *Scal.*: liquidam *Bue.*: quantam *Ries.* || 11 quod — conm. *post* put. *colloc. Mu.* || 12 vet. et pro *Mu.* || 13 argutam m. *Pl.*: -ta m. || 17—19 (inpe.) *cf. 331. 14* || 19 impediunt C^A || 20 bonam *om.* C^A || 21 mala $L\ A^A\ C^A$: malo B^A: *corr. ed. princ.* || 22 aerumnosam *codd. Pl.* || 24 propris L^1: -riis *rell.*: *corr. Ribb. de trag. Lat. 53 post Me.* || eam n. p. s. es. i. c. *Mu.*

VIVA posse dici ea quae neque anima nec spiritu moveantur Vergilius auctor est Aen. lib. I (167):

intus aquae dulcis vivoque sedilia saxo,
Nympharum domus.

INDOLEM adulescentium tantum consuetudo dicit, quasi novae subolis. indoles autem est crementum. veteres autem senum dixerunt. Plautus in Milite (631):

si albet capillus, hic videtur neutiquam || ab ingenio senex,
ínest in hoc emússitata súa sibi ingenua índoles.

ALACRITATEM in malis habendam Cicero Tusculanarum ostendit *lib. V* (48): 'vir igitur temperatus, constans, sine metu, sine aegritudine, sine alacritate ulla, lubidine non vexatus'.

CATVLI non solum canum diminutive, verum omnium animalium appellantur. Vergilius Georg. lib. III (245):

tempore non alio catulorum oblita leaena.

et alio loco de serpentibus (Georg. III, 437):

cum positis novus exuviis nitidusque iuventa
volvitur aut catulos tectis aut ova relinquens.

Plautus Truculento (268):

iam hércle ego hic te, múlier, quasi sus cátulos, pedibus
próteram.

Lucretius lib. V (1036):

at catuli pantherarum scymnique leonum.

26—28 Viva—saxo; 30—31 Ind.—crem.; 6—11 Cat.—rel.

---

26 d. et ea *Mu.* || **28** vivo sed. (*om.* que) $C^A D^A$ || **31** suboles $A^A C^A$: subs L^1: subsole B^A || ind.—crem. *secl. Guietus* || **32** aut. et sen. *Mu.* || **1** albicapillus *Pl.* || ab ingenio senes: ibi ingenio senex *codd. Pl.*: ab ingeniost senex *docti ap. Plaut.* || **2** *cf. 9. 8* || emeus si aetas sua *codd. h. l.* || **4** lib. V *om.* (*inter* -t v-): *add. Quich. ante* ost. || **5** s. al., nulla lib. *Saupp.*: s. al. ulla, sine lib. *codd. Cic.* || non vex.] nonne beatus *codd. Cic.* || **6** can. fetus (?) *Mu.* || **9** serpente *Quich.* || **10—11** (vo.) *cf. 458. 8* || **13** poteram *L* || **15** ychimnique.

Lucilius Satyrarum lib. IV (37):

concursaret agros; catulos fetumque ferarum.

idem lib. VII (23):

iratae ad catulos accedere inultum.

CONPRESSVS cum virgine admissus dicitur. Plautus in Truculento etiam coitum cum meretrice conpressum dici vult (497):

núnc ad amicam décimo mense *póst* Athenas Atticas
víso, quam gravidam híc reliqui meó conpressu, quíd ea agat.

OPIFICEM non ex opere posse dici Cicero Tusculanarum lib. V auctor est (34): ‘advena quidam et ignobilis verborum opifex insinuasse in antiquam philosophiam videtur’.

SEMINA pro vergultis vel malleolis vel surculis dici posse auctoritatem Vergilius dedit in Georg. lib. II (354):

seminibus positis superest deducere terram
saepius ad capita et duros iactare || bidentis.

SVMEN proprie a sugendo dictum; nam et mulieris mammam sumen veteres dici volunt. Lucilius Satyrarum lib. IV (38):

2—6 Sumen—sidat.

---

17 (concussaret *Paris. 7666*): concursare et *Mu.* || apros *Scal.* || ferat: *corr. Pius*: ferai *Mu.* || 19 rate (*praec.* I): *correxi post Quich.*: pantherai *vel* ferai *Mu.*: rete *I. Dousa* || accederet: (*corr. E*[1]) || 20 Con. coitus cum *Mu.* || in *om.* C^A || 21 meletricem: *corr.* B^A || conpressus (compr.): *corr. ed. a. 1476* || 22 ad *om. codd. Pl.* || decimi C^A || post Ath. Atticas *Pl.*: athenas attis eas (-isteas C^A) || 23 hic *om. codd. Pl.* || quid *codd. Pl.*: quod || 24 non solum ex *Quich.* || ope: *corr. ed. a. 1476* || (O. non ex ope sed ex opere d. *index marg. in* B^A) || dici posse C^A || 26 ins. se in *codd. Cic.* || 29 did. *pars codd. Verg.* || 2 proprietas urguendo L^1.

458 M.

quodsi nulla potest mulier tam corpore duro
esse, tamen tenero maneatque † sucus lacerto,
et manus † uberi lactanti in sumine sidat.

EXVVIAS et SPOLIA non solum hominum tegmina aut vestes dici posse Vergilius auctor est in Georg. lib. III, dicens de serpente (437):

cum positis novus exuviis nitidusque iuventa
volvitur.

Accius Bacchis (256):

. . tunc pecudum exúvias laevo píctas lateri accómmodant.

Lucretius (IV, 61):

nam saepe videmus
illorum spoliis vepres volitantibus auctas.

DIVORTIA non coniugii *dici* distractionem solum, sed etiam omnium inflexionem, quae a recto detorquentur, Vergilius auctor est lib. IX (379):

obiciunt equites sese ad divortia nota
huc illuc.

VIRGINES non solum feminae dicuntur, verum etiam pueri investes; nam et quicumque ex ephebis excesserant, d e v i r g i n a r i dicebantur. Varro *περὶ ἐξαγωγῆς* (409):

2—6 Sumen—sidat; 16—19 Div.—nota.

---

4 quodsin ulla *Mu.* || 5 tenere C^A D^A || maneat suc(c)usque A^A: manat quoi sucus *Mu.* || *fort.* tenerum maneatque exuta lacertum || 6 ei *Mu.* || minus *Palmer.* (*Hermathena XXII, 406*) || ubertim *Mu.*: *fort.* uberius || 7 hom. sed omnium animalium teg. (?) *Mu.* || 8—10 *cf. 457. 9* || 8 II *codd. h. l.* || 11—12 *cf. 244. 20* (*s. v.* accommodatum) || 12 pecudum *codd. h. l.*: silvestres *codd. 244*: silvestrium *On.*: -strum *Ribb.* || 13—15 *cf. 231. 17* || 15 vere *codd. h. l.* || 16 coniugia *L* || dici *om.*: *add. Quich. ante* sed || 17 inflexionum: *corr. Mu.* || 18—19 *cf. 290. 23* || 20 hinc atque hinc *codd. Verg.* || 22 ephebiis *Stowasser.* (*Arch. Lat. Lex. I, 441*) || excesserat: *corr. ed. a. 1476* || 23 -batur (?) *Mu.*

'quam sympathian lumbi ad oculos haberent, quid magnum interesset, puerum utrum essem devirginatum usurus an μονοκέρως ac puros, dum cogito'.

ENIXAS non in partu solum possumus dicere, sed etiam omni labore exercitas auctore Vergilio Aeneidos lib. III (326):

stirpis Achilleae fastus iuvenemque superbum
servitio enixae tulimus.

PRANSI non solum qui pranderint dicuntur, sed etiam quibus nihil desit. Varro Flaxtabulis, || περὶ ἐπαρχιῶν (175): 'quare, o Marce, pransum ac paratum esse[t] hoc minumo oportet'.

os rostrum vel faciem hominum tantum dici putant; ut de rostro Vergilius lib. IX (442):

donec Rutuli clamantis in ore
condidit adverso;

[sed] de facie idem Aeneidos lib. I (589):

os umerosque deo similis;

cum auctoritate veterum et pecudum et ferarum dici possit. Vergilius lib. XII (373):

ora citatorum dextra detorsit equorum.

et de leone lib. XII idem (8):

inpavidus frangit telum et fremit ore cruento.

---

24 *fort.* s. ni l. || lumbi ad *Lipsius*: lubiat || magnum *Iun.*: imagnum C^A: imaginum $L\,B^A$: imaginem A^A *ut vid.*: inguinum *Lipsius* || 25 puerum u. *Iun.*: puer u.: u. puerum *Bue.* || esse: *corr. Popma*: esset *Iun.* || *fort.* visurus || monuce ρως ac (ρωσας): *correxi*: μονογεροντας *Oehler.* || purus: puros putos *Mu.*: pueras *Stowasser.* || coito *Stowasser.* || 27 exercitus C^A: -tos $L\,A^A\,B^A$: *corr. ed. a. 1476* || 28 (iuv.)—29 *cf. 297. 12; 405. 22; 407. 14* || 28 iuuemque A^A || 30 pranderent: *corr. Guietus* || 2 minume $L\,A^A\,B^A$ || esse hominem o. *Lips.*: esse te, hoc minume o. *Roth.*: *vix* esse te omnium o. || 6 contendit || 7 sed de f. A^A: de f. $L^1 B^A$: sed f. C^A || 7—8 *cf. 440. 19* || 10—11 *cf. 440. 20* || 12—13 *post v. 17*: *huc transp. Quich.* || 12 lib. XII idem *secl. Mu.*

os etiam alicuius rei et omne patens accipi potest. Vergilius Georg. lib. III (453):

quam siquis ferro potuit rescindere summum
ulceris os.

idem lib. II (Aen. 482):

et ingentem lato dedit ore fenestram.

M. Tullius de suppliciis, in Verrem (II, v, 30): 'nam in ipso aditu atque ore portus'.

DORSA et TERGORA hominum vel aliorum animantium dici tantum consuetudo putat, cum et aquarum dici possint. Vergilius in Georg. lib. III (361):

undaque iam tergo ferratos sustinet orbes.

et in Aeneidos lib. I (110):

dorsum inmane mari summo.

Omne castum *et* incorruptum veteres sub VIRGINIS vocabulo appellaverunt. Cicero in Oratore (64): 'philosophia casta, verecunda, virgo incorrupta'.

NIDOS non solum domicilia avium, sed et fetus earum Vergilio auctore dicere possumus, in Georg. lib. IV (16):

ipsaeque volantis
ore ferunt dulcem nidis inmitibus escam.

IMBRES consuetudo agmen caelestium aquarum et pluviarum induxit solum dici, cum auctoritas variet. Vergilius omnium aquarum dixit in Georg. lib. IV (114):

ipse feracis
1 figat humo plantas || et amicos inriget imbres.

31—34 Nidos—escam.

---

14 Os e. ora alic. *Mu.* || 15—17 *cf. 434. 2* || 17 *post hunc v. stant vv. 12—13* || 20—21 *cf. 237. 42* || 20 in Verr. de suppl. *Quich.* || 21 ora *codd. h. l.*: opere *codd. 237* || 23 possit: *corr. Quich.* || 25 ferratus: *corr.* B^A || 26—27 *cf. 203. 2* || 28 O. c. vet. incorr.: *corr. Mu.* || sub *secl. Mu.* || 29—30 C. in Or. de phil., casta *Quich.* || 30 ueneranda C^A || 32 III C^A || 33 ipsasque *Verg.* || 36 duci *L* || uaries L^1 || 37 omnino (?) *Mu.*

PECVDES non solas quadrupedes, sed et alia animalia dicere Vergilio auctore possumus in Georg. lib. IV (327):

quem mihi vix frugum et pecudum custodia sollers.

et (Georg. IV, 168):

ignavum fucos pecus a praesepibus arcent.

Varro Sexagesi (489):

néque quás agipínnís anatés rémipedés búxeiróstrís pecudés palúdibús nócte nigra ád lúmina lámpadís sequéns.

PACEM peti et a dis posse Vergilius significat in Georg. lib. IV (534):

tu[m] munera . .
tende petens pacem.

et in Aeneidos lib. III (369):

hic Helenus caesis primum de more iuvencis
exorat pacem divûm.

Plautus Amphitryone (1127):

út Iovis suprémi multis hóstiis pacem éxpetam.

PROFVNDVM non solum imum altum, sed etiam summum dici posse auctoritas usurpavit. Vergilius in Aen. lib. I (58):

ni faciat, maria ac terras caelumque profundum.

PROCACITATEM non animantium solum (a precando et poscendo) dici posse Vergilius auctoritatem dedit lib. I (Aen. 536):

22—31 Proc.—putidus.

---

2 sed *om.* L^1 || 4 (et—soll.) *cf. 158. 37* || 6 *cf. 33. 18* || 8 nequeiquam *Mu. post Ries.*: neque qua *Bue.* || agi pennis $L A^A B^A$: aqui pennis C^A: *corr. Mu.*: acupinnis (?) *Mu.* || tremipedas: remipedes *Passerat., Roth.* || buxeis rostris: *corr. Roeper.* || 9 sequéntés *Mu.*: sequérís *Bue.* || 12 tu (*v. l.* tum) munera supplex t. *Verg.*: tum munere t. || 14 IIII A^A (H^1 *n. l.*) || 16 *cf. 371. 2* || 17—18 *cf. 388. 12* || 19 s. in imum: (*corr.* P^2) || 22—23 a prec. et posc. *del. Quich.*

penitusque procacibus austris;

quod est: saevientibus, procellosis.

PVTIDVM non solum ab odore faetido et gravi quod naribus probetur, sed et quod auribus triste, insuave, austerum, rancidum est putidum dici posse auctoritas vetustatis admisit. Cicero in Oratore (27): 'quonam igitur modo audiretur Mysus aut Phryx Athenis, cum etiam Demosthenes exagitetur *ut* putidus'?

DEVOTVM ad prosperum tantum usus trahit, sed auctoritas et adversum significare voluit. Vergilius || [in] Aen. lib. I (712):

praecipue infelix, pesti devota futurae.

REOS non solum crimini et culpae obnoxios, sed etiam honesti voti debitores vel promissi auctoritas voluit. Vergilius in lib. V (237):

constituam ante aras voti reus.

DAPES non tantum opiparos adparatus aut religiosos, sicuti plerumque, significare, sed et vitabilis et infandos cibos auctore Vergilio possumus dicere. in Aen. lib. III Cyclopem describens his designat humana viscera (630):

nam simul expletus dapibus vinoque sepultus.

et in Bucolicis (VI, 79):

quas illi Philomela dapes, quae dona pararit.

22—31 Proc.—putidus.

---

27 inprobetur *Mu.*: praebetur *ed. a. 1471* || 28 est A^A *ut vid.*: se $L\,B^A\,C^A$: (seu H^2): *om.* D^A: sit *Quich.* || putidum *secl. Mu.* || 29 quoniam $L\,A^A\,B^A$: quo $C^A\,D^A$ || 31 agitetur (*praec.* es) || ut *om.* || 1 adversus: *corr. Me.* || significare *ed. a. 1471* || in *om.* A^A || 3—5 *fort. post 461. 12 collocand.* (*cf.* '*Non. Marc.*' *p. 22*) || 4 honeste *Quich.* || vel vo. deb. prom.: *corr. Mu.*: vel vo. vel deb. prom. *Quich.*: *fort.* veluti deb. prom. || 5 reos $A^A\,C^A$ || 8 doceri qui in *Mu.* || 9 his designat *Mu.*: hostes ad || 12 *cf. 527. 17.*

DOMVM consuetudo hominum tantum habitacula dici putat, cum auctoritas et templum et nidos domos dixerit. Vergilius lib. VI (81):

ostia iamque domus patuere ingentia centum
sponte sua.

et in Georg. lib. II (209):

antiquasque domos avium cum stirpibus imis
eruit.

INCESTVM usu dicitur flagitium in affines admissum; sed et incestare funere polluere auctore Vergilio possumus dicere lib. VI (149):

praeterea iacet exanimum tibi corpus amici,
heu nescis! totamque incestat funere classem.

REVOCARE PEDEM cum hominum et aliquarum animantium dici manifestum sit, Vergilius lib. IX etiam fluviorum dici posse ostendit (124):

cunctatur et amnis
rauca sonans revocatque pedem Tiberinus ab alto.

et Plautus remos navium (Men. 350) pedes dixit. MVRICES vetustas etiam saxorum asperitates et talia omnia voluit posse dici. Vergilius lib. V (205): ||

et acuto in murice remi
obnixi crepuere.

21—22 Inc.—poll.; 24—25 Virg. praet.—classem; 32—2 Mur.—crepuere.

---

13 tanta L^1 || 14 templa *Mu.* || 18—19 (av.) *cf. 425. 33* || 22 (funere *om.* G^1) || 24 licet C^A D^A || 26 Rev. Ped. *om.* C^A: Rev. *del. Quich.* || 29 animis A^A C^A || 32—2 *fort. secludend.* (*cf. 'Non. Marc.' p. 22*) || 32 et talia *Rittershusius*: tela L A^A B^A: vela C^A || 32—33 asp. dici posse (*cet. om.*) D^A || 33—2 *cf. 255. 22* || 33 VI *codd. h. l.* (lib. V *om.* D^A).

462 M.

DENTES non solum quibus cibus adteritur, sed omnia quibus aliquid exsicari vel teneri potest Vergilius dici voluit; ut in Georg. lib. II de falce (406):

et curvo Saturni dente relictam
persequitur vitem adtondens fingitque putando.

et in Aen. lib. VI (3):

tum dente tenaci
anchora fundabat navis.

LOCVPLETIS non magnarum opum tantummodo, sed et ad quamlibet rem firmos et certos M. Tullius dici voluit ad Caesarem iuniorem lib. II (fr. 24): 'nihil omnino certi nec locupletem ad hoc auctorem habebamus'. — et de Officiis lib. III (10): 'accedit eo testis locuples Posidonius'.

MONVMENTA et templa dici posse M. Tullius auctor est in Verrem, actione II (I, 129): 'ausum esse in aede Castoris, celeberrimo clarissimoque monumento, *quod templum in oculis cotidianoque aspectu populi Romani* positum est'.

PROMERITVM etiam in malam partem posuit Plautus in Amphitryone (570):

quíd malí sum, ére, tua éx ré proméritús?

PALLOREM vetustatem et neglegentiam Lucilius lib. XXX voluit dici posse (68):

lana, opus omne perit; pallor, tiniae omnia caedunt.

23—25 Pallorem—caedunt.

3—4 omne qu.: *corr. Mu.*: omne quo *ed. a. 1471* || 4 teri C^A || 7 *cf. 308. 25; 369. 24* || 11 et *supra add. L* || 14 adhuc *Mu.* || habeamus C^A || 15 eodem *codd. Cic.* || 18 a mon. C^A || 18—19 quod—Romani *ex Cic. add. Me.* (*nov. lemma a* Positum est *incipiunt* $L A^A$) || 20 in mala parte: *corr. Quich.* || 22 tua] tanta || 24 dicere *L* || 25 *cf. 272. 18* (*s. v.* caedere) || luna $C^A D^A$.

BONVS et fortis et pius dici potest. Lucilius lib. XXX (128):

Calvu' Palantina quidam vir non bonu' bello.

Vergilius in Georg. lib. II (447):

et bona bello
cornus.

MVLTARE cum sit condemnare, positum est augere, votis conpotem reddere. Naevius Colace (32):

et ásseri
laudés ago, cum vótis me multát meis,
quod praéter quam vellem aúdiebam. hoc mi ánnuis.

DISCIPLINOSVS etiam *de* pessima arte potest dici. Cato de Re Militari (14): 'quam gladiator disciplinosus'.

PROPITIOS et homines placatos dici vetustas voluit. *Lucilius lib.* XXVII (14):

ín bonis porro ést viris, si iráti seu cui própitii
súnt, ut diutiús eadem una máneant in senténtia.

nam cum benignitate sollicitos propitios posuit Terentius in Adelphis (31):

. . . quam ut ea quaé parentes própitii.

31—32 Mult.—redd.; 1 Naev. laud.—meis; 3 Disc.—dici; 4 Cato glad. disciplinosus.

---

26 et pius *om.* C^A: et aptus *Mu.* || 27 pallantino: *corr. Fruter.* (-lat-) || nobilis bonus (*pro* nobonus, *i. e.* nō bonus): *corr. Guietus* || 32 voti *Bentin.* || colare: *corr. Bentin.* || 33 et me ads. *Mu.* || adseri $L^1 C^A$ || 1 c. v. me multatis meis: *corr. Hermann.*: sum votis multatus meis *vel* tu v. me multas m. *Mu.* || 2 mihi ennius (hennius *L*): *corr. Quich.* || quod p. q. mihi vellem audibam hoc eminus *Hermann.*: q. p. q. velle audebam hoc mihi annuis *Quich.* || 3 de *add. Mu.* || 5 vet. dici C^A || 6 Lucilius lib. *add. Ald.* (Luc. [*sic*] in *ed. 1476*) (*praec.* luit) || 7 bonis *Iun.*: uonis || 8 ut *Ald.*: ui $L\, A^A\, C^A$: di B^A || diutius ut *Mu.* || 9 nam—prop. *Lucilio dat Klußmann.* (*Philol. XX, 166*) || sollicito: *corr. Iun. marg.*: -ta *Quich.* || propitios (*Quich.*) posuit *scripsi*: propositos || 10—11 *cf. 59. 12* || 11 quam ea *codd. 59*: quam illa *Ter.* || parenter C^A.

463 M.

CACHINNARE non risu tantum, sed et de sono vehementiore vetustas dici voluit. Accius Phinidis (571):

simul ét circum mergá sonantibus
excíta saxis saevá sonando
crepitú clangente cachínnat.

TACERE etiam ea possumus dicere quae sine voce vel sono sunt. Vergilius Aen. lib. IV (363):

totumque pererrat
luminibus tacitis.

et (Aen. IV, 525):

cum tacet omnis ager.

ADFARI non solum respondere vel fabulare, sed etiam rogare positum. Accius Tereo (642):

deúm Cadmigena nátum Semela affáre et famulantér pete.

Vergilius Aen. lib. IV (424):

i, soror, atque hostem supplex adfare superbum.

FASTIGIA consuetudine summae altitudines dici putantur, cum sint et imae; significant et finis. Vergilius Georg. lib. II (288):

forsitan et scrobibus quae sint fastigia quaeras.

M. Tullius de Officiis lib. III (33): 'sed quoniam opere incohato, prope tamen absoluto, tamquam fastigium inponimus'.

28—32 Fast.—inponimus.

---

12 non de ri. *Mu.* || de quolibet so. (?) *Mu.* || **14** merga *scripsi*: megna *L* A^A C^A *ut vid.*: magna B^A (*cum Bamb., Paris. 7666*): stagna *Bentl.* || **15** saeva Celeno *Bentl.*: saevisona echo *Bergk.* || **16** clangentes cachinnant: *corr. Scal.* || **24—25** *cf. 111. 34* (*s. v.* famulanter) || **25** Cadmo generatum *codd. h. l.*: catmo venatum *codd. 111*: *corr. Voss.* || semel a. et famularent perpetuere (-ture C^A) *codd. h. l.* (*seq.* Verg.) || **27** supplexa a. A^A || **28** *vel* altitudinis || **29** finem D^A || **29—30** *cf. 302. 10. fort. secludend.* (*cf. 'Non. Marc.' p. 22*) || **30** forsan D^A || **32** operi *Cic.*

NVMERVM et de his quae non numerantur, || sed admetiuntur, dici auctoritas voluit. M. Tullius de Officiis lib. III (50): ‘si exempli gratia vir bonus Alexandria Rhodum magnum frumenti numerum advexerit’.

FERVOR cum ex igni sit et ex flammis, ex contrario *ex* frigoribus positus invenitur, ut sit f e r v e r e non solum ex incendio calere, sed ex quibuscumque molestiis perturbari; unde et iactatus marini et exaestuatio animi sub hac significantia recte positi sentiuntur. Vergilius Georg. lib. I (455):

omnia tunc pariter vento nimbisque videbis
fervere.

TEMPLVM et sepulchrum dici potest veterum auctoritate. Vergilius Aen. (IV, 457):

praeterea fuit in tectis de marmore templum
coniugis antiqui.

VESTIGIA consuetudine signa inpressorum pedum dicimus. lectum invenimus partes extremas pedum dicta v e s t i g i a. Vergilius lib. V (566):

vestigia primi
alba pedis frontemque ostentans arduus albam.

PAREBE etiam viros dici posse Caecilius auctor est Chalciis (18):

ait hic vicínus, se eas péperisse, et vobís datum.

5—11 Fer.—fervere.

3—4 alexandri archodum C^A || 4 frumentum *L* || adlixerit $L^1 C^A$: allexerit $A^A B^A$ (adl.) || 6 ex fr. *Quich.*: et fr.: et de fr. *Mu.* || 7 sed et *Mu.* || 8 iactus: *corr. Quich.* || 18—20 *cf.* *420. 22* || 20 ostentan$\overset{t}{s}$ a. *L*: ostentant sardus B^A: ostentans aydus C^A || 21 auctor est] auctorem A^A || Chalciis *Spengel.*: calchis || 22 sat (*praec.* s): *corr. Grauert.*: at *Spengel.*: scit *Havet.* (*Mél. Graux. p. 804*): at ait *Mu.* || se eas pep. *Iun.*: se asperisse (-rasse C^A): se has pep. *Bue.* || et] id *Mu.*: *fort.* it.

id prudenter mutuatum ab Homero (Il. VI, 155):

αὐτὰρ Γλαῦκος ἔτικτεν ἀμύμονα Βελλεροφόντην.

parere etiam dicta ea quae non concipiant. Vergilius lib. XI (24):

ite, ait, egregias animas, quae sanguine nobis
hanc patriam peperere suo.

VIROS etiam de animalibus posse dici Vergilii auctoritas iubet in Bucolicis (VII, 7):

vir gregis ipse caper deerraverat;

cum posset maritum dicere; sicut in Georg. lib. III (125):

quem legere ducem et pecori dixere maritum.

GRVNDIRE cum sit proprie suum, ut Laberius || in Sedigito (82):

grúndientem aspéxi scrofam;

et Claudius lib. XVI Annalium (77): 'grundibant graviter pecus suillum'; etiam hominum esse grunditum Caecilius [in] Imbriis designavit (103):

cruento ita óre grundibát miser.

INSANIAM non hominibus solum aut animalibus, verum et his, quae sine anima sint. Vergilius in Bucolicis (IX, 43):

huc ades, insani feriant sine litora fluctus.

ELEGANTES non solum, ut consuetudine, ab elegantia ingenii aut cultus electione et dilectu plerumque, dici

---

28 Viros — dici; 30 — 3 Virg. vir — et claud. agni gr.; 7 — 15 Ins. — potes carmine.

---

23 prudentemutuatum: *corr. Roth.* || 25 dictum: *corr. Quich.* || eo C^A || 25 — 27 *cf. 466. 33* || 26 i. aite e. B^A || 27 pepere $L\,A^A$ || 31 posset et m. *Mu.* || 1 — 2 *cf. 114. 27* || 1 l. in sedicit (l. dicit D^A) *codd. h. l.*: l. in sedicito *codd. 114*: *corr. Bentin.* || 2 scrofum C^A || 3 Annal. *Me.*: agni (anni P^1) || 4 graviter *Diomedes 379*: grumiter || 5 in *om.* $L^1\,C^A$ || 8 qui B^A || sint * * * Verg. *edd.* || 10 Elegans *Mu.* || 10 — 11 ut cons. plerumque — dil. dici *Mu.* || 11 dilectus: *corr. Mu.*

potest; sed a veteribus etiam vitio datur. M. Tullius in Clodium et Curionem (22): 'tu elegans, tu solus urbanus, quem decet mulieris ornatus, quem incessus psaltriae; qui levare vultum, mollire vocem potes'. — Cato Carmine de Moribus (1): 'avaritiam omnia vitia habere putant: sumtuosus, cupidus, elegans, vitiosus'.

AMARVM non solum ex sapore triste, sed ex quacumque causa terribile et infensum Maronis auctoritate dicimus. idem lib. X (900):

hostis amare, quid increpitas mortemque minaris?

MVLTITVDO cum sit numeri populorum†, ut quidam putant, Varro pro multo non absurde etiam scripsit de Vita Populi Romani lib. II: 'nihilo magis propter argenti facti multitudinem îs erat furandum, quod propter censorum severitatem nihil luxuriosum habere licebat'.

SANGVINVLENTVM corporum potest esse. lectum est et de incorporeis. Varro de Vita Populi Romani lib. IV: 'itaque propter amorem imperii magistratus gradatim seditionibus sanguinulentis || aut dominatus quo appellerent'.

PONDVS, pro numero. Varro de Vita Populi Romani lib. IV: 'e Graecia, Asia in villas conportasse magnum pondus omnium artificum'.

7—15 Ins.—potes carmine.

---

12 ab aetheribus L^1: veteribus (*om.* a) A^A || 13 tum C^A | tu vero festivus, tu el. *cod. Cic.* || 14 muliebris *cod. Cic.* | 15 qui effeminare vultum, attenuare vocem, laevare corpus potes *cod. Cic.* || Cato H^3: *om. rell.* || 16 putabant *Gell. XI, 2* || 18 inpensum (imp.): *corr.* H^3 || dicimus * * * idem (*vel Ecl. III, 110 vel Aen. IV, 203 suppl.*) *Mu.* || 18—19 *cf. 329. 16* | 20 numerus vel populus ut (?) *Mu.*: *fort.* numeri proprie ut | ut *om.* L^1 | 21 asscripsit (*praec.* -am) (adscr.) (abscr.): *corr. ed. a. 1476* | 22 propter *del. Mu.* || 23 miserat B^A || 25 potest] putant *Mu.*: *fort.* oportet || 1 ad dom. quom aspeirarent *Mu.*: ut dom. quos appeterent *Me.*: *fort.* ut dom. quom pet. || 3 asias (sias C^A): *corr. Mu.*: e Graecia suas *Me.* || in villas] Sulla *Mu.*

466 M.

CARERE etiam re bona potest dici. Turpilius Demetrio, dolentis persona (32):

meós parentes cáreo.

AVDIENDI sensum etiam îs rebus Vergilius dedit, quae nec aures habent nec sensum, Georgicon lib. I (513):

et frustra retinacula tendens
fertur equis auriga neque audit currus habenas.

CAVI proprietas est sinuosi et concavi, ac per hoc sine dubitatione corporale. Vergilius vero etiam de incorporalibus, quae sunt inania tantum vel obscura, dici posse testatur lib. VI (292):

ac ni docta comes tenues sine corpore vitas
admoneat volitare cava sub imagine formae.

et lib. X (636):

tum dea nube cava tenuem sine viribus umbram.

LAVARE, cum sit eluere et emaculare et aquis sordida quaeque purgare, vetustatis auctoritas posuit etiam polluere. Vergilius Georg. lib. III (221):

lavit ater vulnera sanguis.

et X (727):

lavit inproba taeter
ora cruor.

Plautus Pseudulo (10):

eas lacrimís lavis.

7—10 Aud.—habenas; 18—26 Lav.—lavi.

4—467. 3 *fort. secludend.* (*cf.* '*Non. Marc.*' *p. 23*) || 5 personat A^A || 6 *cf. 497. 21* (*s. v.* acc. pro abl.) || eos *codd. h. l.* 12 corporali (-le H^2): -lis *ed. a. 1471* || 14—15 *cf. 419. 25* 14 et ni *codd. 419* (*cum codd. Verg.*) || 15 admoueat $A^A C^A$ famae $L^1 C^A$ || 16 XII C^A || 20—21 *cf. 337. 17; 503. 36* 22—24 *cf. 327. 7; 413. 9; 503. 40* || 23 improbec A^A || 25—26 *cf. 503. 43* || 26 lacrimas $C^A D^A$ || lavi *codd. h. l.*

Ennius Hecuba (164):

heú me miseram, intérii! pergunt lávere sanguen sánguine.

Varro Hecatombe (94):

pater út cruore láveret ararum ággeres.

Afranius Suspecta (322):

viden [ut] lávere lacrimis mé tuum collúm, pater?

ANIMAS pro corporibus. Vergilius lib. XI (24):

ite, ait, egregias animas, quae sanguine nobis
hanc patriam peperere suo, decorate supremis ||
muneribus.

in quo etiam hoc novum est, quod patriam posuit pro regione vel terra, cum patria sit civitas vel urbis parentum.

27—28 *cf. 224. 10* (*s. v.* sanguis neutr. gen.); *504. 6* (*s. v.* lavere) || 28 miserum C^A || sanguen *om.* L^1 || 29—30 *cf. 504. 14* (*s. v.* lavere) || 30 labre (-bere B^A) terrarum *codd. h. l.* || aggerem *codd. 504* || 31—32 *cf. 504. 16* (*s. v.* lavere) || 32 viden *Σ*: vident *codd. 504*: vident ut *codd. h. l.*: viden tu *Me.* || tuum *Iun.*: tum *codd. 504*: tu *codd. h. l.* || 33—35 *cf. 464. 25* || 3 urbs A^A (urb∗s E^1): urbes L B^A C^A.

VII.

INCIPIT
DE CONTRARIIS GENERIBVS VERBORVM.

AVCVPAVI, activum positum pro passivo. Titinius Veliterna (151):

id ego aúcupavi; plénas auris ádfero.

Plautus Truculento (964):

lépide ecastor aúcupavi atque é mea senténtia.

idem Menaechmis (570):

huc cóncedamus; éx insidiis aúcupa.

Ennius Medea (218):

fructus vérborum aures aúcupant.

Pacuvius Chryse (95):

incipio sáxum temptans scándere
vórticem in summum, índe in omnis pártes prospectum aúcupo.

Accius Astyanacte (165):

nunc ín consilio id réges Argivûm aúcupant,
id quaérunt.

idem Medea (407):

égo me extollo in ábietem, alte ex túto prospectum aúcupo.

6—8 DE—auc.; 14 Enn. fructus—auc.; 19—20 Acc. nunc—quaerunt.

---

10 l. mecastor aucupabatque ex mea s. *codd. Pl.* || **12** huc] ut || **14** fremitus *Mu.* || **17** in summis dein: *corr. Me.* || in o. *Lips.*: hominis || **22** in ab. altam *Both.* || prospectans: *corr. Σ* || prospectum aucupans *Mu.*

VAGAS, pro vagaris. Plautus in Milite (423):

te ádloquor, vití probrique plénus
qui círcum vicinós vagas.

Serenus in Opusculis (15):

rure puella vagat virido.

Pacuvius Medo (225):

"quíd tandem? ubi ea est? quó receptat"? — "éxul incertá vagat".

Accius Baccheis (235):

deinde ómnis stirpe cum ínclyta Cadméide
vagánt matronae, pércitatae . . .

Turpilius Leucadia (121):

vúltu vecordí vagas insánia.

Accius Tereo (643):

fámam, nam nobílitas late ex stírpe praeclara évagat.

item Medea (409):

. . . vagánt, pavore pécuda in tumulis déserunt.

Ennius Hectoris Lytris (151):

cónstitit, credó, Scamander; árboris ventó vagant.

23—27 Vag.—vir.; 29 Pac. ex. inc. vagat.

---

24 probarique L^1: propinque *codd. Pl.* || 24—25 plenos qui L^1: plena quae *Pl.* || 27 uiridi D^A || 29 qui t. C^A (*cum* E^1) || quo *Me.*: quod || receptast e. incerte *Bergk.* (*sed cf. Class. Rev. XVI, 49*) || 31 cadmide: *corr. Me.*: Cadmeides *Quich.* || 32 vagam L^1 || 32—34 percitate (-tae) tumultu vec. vag. ins. turp. leuc. vultu vec. vag. ins. $L^1 A^A B^A$: percitate (-tae) tumultu vec. vag. ins. (*cett. om.*) C^A: *Pro* Turp. Leuc. vultu *prave scriptum erat* tumultu, *qui error in marg. archetypi correctus est. Illud* insania *in fine v. 32 collocat Mu.* || 36 feminam nob. *Mu.* || lata ex (latae ex *E*) || praeclarae (*om.* vagat) L^1 || 37 idem *Ald.* 37—38 *cf. 159. 13* (*s. v.* pecua et pecuda) || 40 credo] cerno *Mu.* || arboris: *corr. Bentin.* || uacant *Columna* (*cf. Enn. Sat. 12 M.*)

Pacuvius Periboea (302):

tríplici pertimefáctus ‖ maerore ánimi incerte erráns vagat.

Varro Pseudulo Apolline, *περὶ θεῶν διαγνώσεως* (438):

cúm séx pueri ét puéllulaé páriter itém séx
aút séptem in utróque cúm choró parí vagárúnt.

idem Hercules Tuam Fidem (215):

per máritimas orás vagat.

SVFFRAGANT, *pro* suffragantur. Pomponius Macco Praeterito (105):

populís voluntas haéc est et vulgó datast:
refragábunt primo, súbfragabunt póst, scio.

Sisenna Historiarum lib. XXIII (132): 'multi populi, plurimae contiones dictaturam omnibus animis et studiis suffragaverunt'.

MERET, pro meretur. Plautus in Menaechmis (359):

item hinc ultro fit ut meret, potissimus nostrae domi ut sit.

idem in eadem (707):

adíbo atque hominem accípiam dictis quíbu' meret.

Turpilius Philopatro (192):

útinam possim tíbi referre grátias, ut de mé meres!

idem Hetaera (85):

meréto merito ut díligare.

41—1 periboeam tripl. $L^1 C^A$: periboea in tripl. $A^A B^A$: *corr. Gifanius*: Perib. multiplici *Passerat.* ‖ **2** pseudo ap. C^A ‖ *διαγνωσεως Bue.*: *αιατνωσεως* (-*αγν*- B^A *ut vid.*) ‖ **3** puellae: *corr. Lachm. Opusc. II, 69* ‖ **4** aut s. sin vero quae cum: *corr. Me., Lachm.* ‖ **6** horas: *corr. Ald.* ‖ **7** *add. Iun.* ‖ mappo: *corr. Roth.*: Pappo *Bentin.* ‖ **8** populi *Ald.* ‖ h. enim et *Ribb.* ‖ datas: *corr. Ribb.*: ratast *Leo Anal. Plaut. II, p. 10* ‖ **9** Refr. (*nov. lemma*) $L A^A$ ‖ r. pro su.: refragant primo su. *Roth.* ‖ **10** Histor. *om.* L^1 ‖ **13** i. hic u. (i. in cultro *Bamb.*) ‖ **15** q. dic. *codd. Pl.* ‖ **17** possint (*seq.* t): *corr. ed. princ.* ‖ **19** meret merito: *corr. Bue.*

AVSPICAVI, pro auspicatus sum. Plautus in Persa (689):
lucró faciendo ego aúspicavi.

idem [in] Sticho (502):
ea égo auspicavi ín re capitalí mea?

Atta Lucubratione (8):
. . . cum prímo luci hódie ut exornáta sit
átque ut auspicétis: cras est cónmunis dies . . .

Caecilius Plocio (181):
"insánum auspicium"! — "áliter histriónium est,
atque út magistratus públice cum aúspicant".

Naevius Belli Poenici lib. IV (40):
virum praetor adveneit, auspicat auspicium
prosperum.

DELVCTAVI, pro deluctatus sum. Plautus in Trinummo (839):
cum hísce aerumnis déluctavi.

idem in Vidularia (fr. IX):
quid múlta verba? plúrimum luctávimus.

Terentius Hecyra (829):
dicítque illi anulum sese, dum lúctat, detraxísse. ||

SCRVTO. Plautus in Aulularia (657):
póstremo hunc iam pérscrutavi.

20—21 Ausp.—ausp.; 33—34 Del.—del.; 38 Ter. dic.—detr.

---

22 isticho *L B*^A: istic hoc *C*^A || 23 ea *om. C*^A || ausp. *bis L A*^A *fort.* auspicavin || 27—29 caec. ploc. ut mag. p. c. a. (-ciant *A*^A) *iterum exhib. post 32* || 28 hospitium *L A*^A (-cium) || haud al. *Spengel.; fort.* num al. || istrionum || 29 publicitus c. a. *Maehly.*: publice quando a. *Both.*: a. cum publice *Mu.*: publicae rei c. a. *Ribb.* || 30—32 *om. C*^A || 31 verum *Iun.* adveniet: *correxi* || 33 luctatus *C*^A *D*^A || 34 deluctauit || 38 illis sese illi a. *vel* sese a didigito *codd. Ter.* || 1 Scuto *C*^A
1—2 *cf. 317. 33 fort. secludend.* (*cf.* '*Non. Marc.*' *p. 23*).

AVGVRO. Accius Oenomao (497):

atque éa coniectura aúguro.

idem Amphitryone (87):

. . . . . sí sati' recte aut véra ratione aúgurem.

Ennius Melanippa (245):

certátio hic est núlla, quin monstrúm siet:
hoc égo tibi dico ét coniectura aúguro.

Pacuvius Chryse (78):

própemodum animus cóniectura de érrore eiius aúgurat.

Cicero ad Calvum (3): 'praesentit animus et augurat quodammodo, quae futura sit suavitas'. — Vergilius lib. VII (272):

hunc illum poscere fata
et reor et siquid veri mens augurat opto.

M. Tullius de Republica lib. IV (8): 'cui quidem utinam vere, fideliter abundiente† auguraverim'!

ADSENSIT. est et passivum. Accius Neoptolemo (476):

úbi nihil contra rátionem aequam hábuit, adsensít silens.

idem Erigona (50):

adséntio: age nunc tú tuam progéniem ex ordine . . .

Pomponius Sponsa Pappi (167):

pól magi' *curabo* úbi cognorint, ómnis una adséntiant.

---

3 Auguro; 9 Enn. hoc—aug.; 12—13 Cic. praes.—suav.

---

3 *null. lemm. L* || 6 ver $L^1 C^A$ || -rer $L B^A C^A$ || 8 certatio *Passerat.*: certo || nullum B^A || 9 hoc *supra add. L* || 11 eius *Ald.*: et ius || 15 *cf. 358. 12* || 17 ve. fi. *om.* L^1 || abudiente L^1: abunde *ed. princ.* || 20 orationem *Passerat.* || aequam *Fruter.*: et quam || 22 ex *quid. ap. Mu.*: et: ede *Me.* || 23—24 *cf. 275. 23* (*s. v.* cognoscere) || 24 cur. *om. codd. h. l.* || cognorit *codd. h. l.*

CVNCTANT, pro cunctantur. Accius Alphesiboea (71):

ita térrita membra animo aégroto
cunctánt subferre labórem.

Ennius Ambracia (2):

béne mones tute, ípse cunctat. ó vide fortém virum!

idem Hectoris Lytris (148):

quí cupiant dare árma Achilli, ut ípsei cunctent . . .

ACCINGE, pro accingere. Pomponius Maccis Geminis (66):

iam égo inibi adero: dum égo revortor, áge, anus, accinge ád molas.

CONTEMPLA. Accius Philocteta (557):

contémpla hanc sedem, in qua égo novem hiemes sáxo stratus pértuli.

Naevius Danae (3):

contémplo || placide fórmam et faciem vírginis.

Titinius Fullonia (21):

. . specta formam, átque os contemplá meum.

Ennius Medea (242):

asta átque Athenas, ánticum opulentum óppidum,
contémpla.

Plautus Asinaria (539):

méum caput contémples.

25—27 Cun.—laborem.

---

29 monens tute (*adv.*) *Bue.* || cunctat o] cuncto $B^A C^A$: cunctato o *Vahlen* || 31 ut] ei *Ribb.* || ipse: ipsi *Iun.* || cunctet A^A || 33 inibi *Lips.*: mihi || adere A^A || amus C^A || accingere $L A^A C^A$ || 35 navem $A^A B^A C^A$ || hieme (*seq.* s) C^A || taxo $L A^A B^A$ || 1 contempla *Ribb.* || 2—3 fullonibus aspecta B^A || 3 f. meam a. *Hermann.* || contemplato *Both.* || 5 anticum *Roth.*: anti eum || opulenteum $L C^A$.

ALTERCAS. est et passivum. Pacuvius Iliona (210): "cur ínlaqueetur híc?" — "mecum altercás? tace".

ARBITRABVNT. Plautus in Sticho (144):

próbiores vero árbitrabunt, sí probis narráveris.

AMPLEXA, pro amplexare. Accius Alcimeone (70):

postrémo amplexa frúctum, quem di dánt; cape.

[Cicero Academicorum lib. I (33): 'quas mirifice Plato erat amplexatus'.]

Cicero de Oratore lib. III (62): 'nec voluptatem tuentur, quam amplexari possunt'.

CRIMINAT. Ennius Satyrarum lib. III (21):

nam ís non bene vult tíbi, qui falso críminat
apút te.

DIGNAVI, pro dignatus sum vel dignum duxi. Accius Meleagro (447):

remanet glória
apúd me; exuvias dígnavi Atalantaé dare.

Pacuvius Hermiona (166):

cum néque me aspicere aequáles dignarént meae.

MISERARENT, pro miserarentur. Accius Athamante (195):

átque ita de illis mérui, ut iure haec númquam miserarént mala.

13—18 Amp.—possunt; 22—24 Dig.—dare; 27—28 Mis.—mala.

---

9 Altercata est pass.: *correxi post Quich.* || ALTERCATA ES *Mu.* || 10 inlaquetur (ill.) *L* A^A C^A || cur illa quae tu hic *Duentzer.* || meum: *corr. ed. a. 1471* || altercata's *Mu.* || 12 vero] credo *codd. Pl.* || 14 di] dit L^1 || cape *om.* D^A || 15—16 *om.* *L* B^A (= *G*) || 16 plauto C^A || amplexari A^A: Amplexari pro amplecti (*nov. lemm.*) C^A D^A || 18 amplexari A^A (H^1 P^1) || poscunt *Mu.*: volunt *codd. Cic.* || 19 IIII B^A || 20 is *ed. princ.*: iis || vultibi: *corr.* B^A || q. f. c. *om.* C^A || 26 aspiceret: *corr. ed. a. 1476* || 28 atque *om.* D^A.

LARGI, pro largire. Lucilius lib. XIV (25):

quod viscus dederas tuquidem, hoc est: viscera largi.

Accius Diomede (282):

benígne et pro benefício largi atque ámpliter.

Cato Lege Baebia (25, 2): 'pecuniam inlargibo tibi'.

INTVI et CONTVI, pro intueri. Turpilius Paedio (159):

tamen óculi ex longa intércapedine ádpetunt cupide íntui.

Pomponius Maccis Geminis (69):

incépi contuí: conspicio cóleatam cúspidem.

PROFICISCERET, pro proficisceretur. Turpilius Hetaera (81):

hortátur hominem, quám primum || proficísceret.

SORTIRENT, pro sortirentur. Varro Rerum Humanarum lib. XX: 'cum venerint censores, inter se sortiant'.

[SORTIVNT] Ennius Cresphonte (112):

. . an inter se sórtiunt urbem átque agros?

MODERANT, pro moderantur. Pacuvius Periboea (306):

neque túum te ingenium móderat neque fratérnum ira exiliúm vetat?

2—7 Sort.—moderat.

29—30 *cf. 184. 19* (*s. v.* viscus pro viscera) || **31—32** *cf. 511. 25* (*s. v.* ampliter) || **32** et] ei *Gulielmius* || aque *codd. h. l.* || **33** de l. *Mu.* || inlargiuo || **34** et Cont. *fort. secludend.* || p. i. et contueri *Mu., Quich.* || **35** oculi ex *Ribb.* (*sed cf. Pradel de praepos. 548*): oculis || cupida L^1 || **38** pro *om.* $L A^A$ || **1** proficeret C^A || **2** S. p. s. * * * *vel* Sortiant p. sortiantur *Mu.* || **4** (SORT.)—**5** *post v. 7: huc transp. Quich.* (*del.* SORT.) *sed credo vv.* 2—5 *ab hoc loco alienos esse* (*cf.* '*Non. Marc.*' *p. 23*) || **5** sese *Voss.* || **6** pro moderant $C^A D^A$ || **6—7** *cf. 336. 25* (*s. v.* levare); *472. 19* || **7** frater non *codd. h. l.* || vetat] levat *codd. 336; 472.*

471 M.

POLLICERES, pro pollicereris. Varro Ἀνθρωποπόλει, περὶ γενεθλιακῆς (41): ‘nam in omnibus legi [ποαιπε] καθ’ ὑπέρβατον «ne dares, ne polliceres quid datum est»’.

POPVLAT. est et passivum populatur. Vergilius Georgicon lib. I (185):

populatque ingentem farris acervum
curculio.

Caecilius Asoto (13):

iamdúdum depopulát macellum.

Ennius Ambracia (3):

. agrós audaces dépopulant serví dominorum dóminis.

Quadrigarius (95): ‘agrum Nolanum populare coeperunt’. — Accius Astyanacte (164):

qui nóstra per vim pátria populavít bona.

Sisenna Hist. lib. IV (56): ‘protinus agros populabundus ad Nuceriam convertit’.

PVNITVR aliquem, pro punit. M. Tullius de Officiis lib. I (88): ‘neque ad eius qui punitur aliquem *vel* verbis fatigat, sed ad rei publicae utilitatem referri’. — et Tusculanarum lib. I (107): ‘quom multi inimicos etiam mortuos puniuntur’.

RVMINAT. Vergilius in Bucolicis (VI, 54):

ilice sub nigra pallentis ruminat herbas.

11—14 Pop.—curc.; 18 Enn. agros—ser.; 24—26 Pun.—fat.; 27 Cic. quo—puniuntur.

---

8 Pollicere: *corr. ed. a. 1471* || polliceris: *corr. Pius*: polliceri *Me.* || Ἀνθρωποπόλει περὶ] anoputio ποαιπεκ || **9—10** ποαιπεκαουπερβατον $L^1 B^A$: ποαιπεκαουσπερβαιτον $A^A C^A$: *corr. Me., Bue.* || *cum ceteris litt. graecis ex v. 8 illatis fort. etiam* κ *secludend. et scribend.* ἀνθυπ. || **10** quod *Iun.* || daturum (*om.* est) *cod. N. Fabri* || **18** iam agr. *Ribb.* (*praec.* ia) || dominis *tuetur Pascal* (*Riv. Filol. XXVII, 7*): domini *Both.*: domi *Bue.*: minis (?) *Ribb.* || **22—23** populabundos: -dus *Σ* || **23** numeriam: *corr. Gifan.* || **25** II B^A || vel (?) *Mu.*: *om.*: aut *codd. Cic.* || **25—26** verb. castigat *codd. Cic.* || **26—27** *cf. 479. 25* || **27** quo m. *codd. h. l.* || **29** herbis A^A.

FABRICANTVR. M. Tullius de Officiis lib. I (147): 'ut enim pictores et i qui signa fabricantur'. Plautus Asinaria (102):

fabricáre *quidvis*, quídvis conminíscere. ||

Cicero de Oratore lib. III (180): 'Capitoli fastigium illud et ceterarum aedium non venustas, sed necessitas ipsa fabricata est'.

PALPATVR. Lucilius lib. XXIX (96):

híc me ubi vidit, súbblanditur, pálpatur, capút scabit.

LVCTANT, pro luctantur. Ennius lib. IX (339):

viri validis *ut* viribu' luctant.

BELLANTVR, pro bellant. Vergilius lib. XI (660):

et pictis bellantur Amazones armis.

PARTIRET, pro partiretur. Lucilius lib. XXIX (10):

quid? quás partiret ípse pro doctriná boni?

Plautus in Asinaria (271):

hánc quidem, quam nánctus, praedam *páriter* cum illis pártiam.

INPERTIT. Lucilius lib. XXVII (3):

sóspitat, inpertít salutem plúrimam et plenissímam.

COHORTARENT. Quadrigarius Annalium lib. V (54): 'et dicerent castra facta esse atque eos cohortarent uti maturarent'.

---

30 Fabr.; 1—2 Cic. Capit.—est; 5—12 Luct.—partiam.

---

32 qu. *semel*: *bis Pl.* || 4 ubi *om.* C^{A} || ubi me vi. (*om.* hic) *cod. Fest. 210* || vidit *Fest.*: uidet || sc. cap. *Skutsch.* (*Rhein. Mus. XLVIII, 303*) || 6 viri a val. $L\,A^{A}$: varia val. $C^{A}\,D^{A}$: *corr. ed. princ.*: Illyria val. *Havet.* (*Rev. Philol. XV, 72*): <fortuna> varia val. *Vahlen* || ut *addidi*: cum *I. Dousa* || 7 X || 8 amadiones $L^{1}\,C^{A}$ || 9 XXVIII A^{A} || 10 per doctrina C^{A} || 12 pariter *om.*: *fort. inserend. ante* partiam || 14 sospita inperti *Lachm.* || plurima et plenissima: (*corr. P*) || 15 VI *Peter* || 16 dicereni L^{1} || capta *Me.* || eos *Mu.*: hos (os *G*).

MODERANT, pro moderantur. Accius Epigonis (303):

viden út te inpietas stímulat nec moderát metus?

Pacuvius Periboea (306):

neque túum te ingenium móderat neque fratérnum ira exiliúm levat?

CONMISERESCIMVS. Vergilius Aen. lib. II (145):

his lacrimis vitam damus et miserescimus ultro.

Ennius Hectoris Lytris (158):

per vos et vóstrum
impérium et fidem Myrmídonum, vigiles, cónmiserescite! . .

PROELIANT. Ennius Achille (4):

. . ita mortáles inter sése pugnant, proéliant.

CONPLECTITE. Pomponius Fullonibus (48):

“quin érgo, quando cónvenit, conpléctite”. —
“mi ‖ fráter, salve!” — “ó soror salvé mea!”

EXPERGISCERET, pro expergisceretur. Pomponius Agamemnone Subposito (4):

nequis míraretur, cúm tam clare tónuerit,
ut, síquis dormitáret, expergísceret.

LABASCO, pro labor. Accius (684):

nullum ést ingenium tántum neque cor tám ferum,
quod nón labascat língua, mitiscát malo.

17—18 Mod.—met.; 6—8 Lab.—lingua.

---

18 viden] vident C^A: *om.* D^A ‖ 19—20 *cf. 336. 26* (*s. v.* levare, relevare); *471. 4* ‖ 21 Mis. *Mu.* ‖ 24 per vos *Palmerius*: servos ‖ 24—25 *vel troch.* ‖ 27 inta m. $L\,B^A\,C^A$: *corr.* A^A: interea m. *Lachm. comm. Lucr. p. 80 post Klußmann.* ‖ 1 mihi ‖ soro $L\,B^A$ ‖ 4 miretur *ed. a. 1471* ‖ cur *Mu.* ‖ 6 Labascor (Lav.): *corr. Mu.* ‖ labo (-vo): (*corr.* $E^1\,P$) ‖ 7 tantum *om.* D^A ‖ 8 labescat $C^A\,D^A$: labascatur $L\,A^A\,B^A$: (*corr. Oxon.*) ‖ lab. longo ac m. *On.*

Varro Rerum Divinarum lib. VII: 'postquam vidit misericordia labasci mentem infirmam populi'.

CONGREDIAS. Plautus in Epidico (543):

"quíd si adeam?" — "haut scio án congredias, si
hóc est". . . . .

CERTATVR, pro certat. Pacuvius Armorum Iudicio (25):

án quis est qui te ésse dignum, quícum certetúr, putet?

FRVSTRO, pro frustror. Pomponius Maiali (79):

míseret me eorum, quí sine frustis véntrem frustrarúnt suum.

IMITAT. Varro Epistula Latina lib. II: 'tuum opus nemo imitare potest'. — Livius Achille (1):

sí malas imitábo, tum tu prétium pro noxá dabis.

EXECRARE [NT]. Afranius Incendio (192):

expéiurabant, éxsecrabant se ác suos.

PROGREDI. Novius Vindemiatoribus (92):

"quid stás? age, move te. mánen?" — "i primus: prógredi".

CONSOLARE. Varro Oedipothyeste (347): 'per idem tempus Oedipus Athenas exul venire dicebatur, qui consolaret'.

MINITAS, pro minitaris. Livius Danae (19):

. . etiam mínitas? mitte ea, quaé tua sunt magi' quám mea.

9—10 Varro postq.—pop.; 15—16 Fr.—suum.

---

12 haud scio an *codd. Pl.*: aut sicia an A^A (= *H*) $L\,B^A$: aut sicia aut C^A: haut sciam an *Mu.* || congrediar *codd. Pl.* || si haec ea est *codd. Pl.* || 17 Epistularum latinarum *Mu.* || tum $L^1 C^A$ || 18 imitari $L^1 C^A$ || potes L^1: potis *Mu.* || 18—19 *cf. 365. 37* (*s. v.* pretium) || 19 males $L\,A^A\,B^A$ || 20 Execrare (*vel* Execrarent * * *) *Mu.*: Execrarent || 21 expeturabant A^A || 22 Praegredi *Mu.* || 23 quid stas? age *Iun.*: qui discas ege manen? (*Voss.*) i *Me.*: mane mi || (prius G^1) || praegredi *Mu.* || 24 (Consolaret *index marg. in* B^A) || 26 pro minaris: *corr.* A^A || Naevius *Pius* || 27 *vel anapaest.* || mitte aequae L^1.

Plautus in Amphitryone (fr. v):

quíd minitabas té facturum, || si ístas pepulissém fores?

MVTVET, mutuum sumat. Caecilius Asoto (11):

"ad amícos curret mútuatum?" — "mútuet
mea caúsa."

PERCONTA. Novius Malevolis (53):

sí percontassém, malum hoc me praéterisset.

Naevius Belli Punici lib. I (24):

blande et docte percontat, Aeneas quo pacto
Troiam urbem liquisset.

OMINAS. Pomponius Cretula vel Petitore (35):

. "bene eveniat!" "íta sit. et tibi béne sit, qui recte óminas!"

SAVIES. Pomponius Munda (84):

ego íllam non ampléctar? ego non sáviem?

Novius Quaestione (81):

. . . . mámmas teneas, pédes extollas, sávies,
cúm gemit.

PACISCVNT. Naevius Belli Poenici lib. VII (48, 1):

id quoque paciscunt, moenia sin quae
Lutatium reconciliant, captivos plurimos.

---

5 Percontat; 8—9 Naev. blande—reliq.; 17 Paciscunt.

---

2 Mutum et *L B*^A *C*^A || 4 cau. m. *Quich.* || 5 Percontat *D*^A: *fort.* Percontare || Malivolo (?) *Mu.* || 7—9 *cf. 335. 2* (*s. v.* liquerit) || 7 II: *corr. Merula* || 8 aeñ (aen) *L C*^A: aeneidos *A*^A: ennius *B*^A: aeneam *D*^A: Aenea *Fleckeisen.* || 9 reliquisset (-linq-) *codd. h. l.*: liquerit *codd. 335*: *corr. Merula* || 11 évenat | ita fíat *Ribb.* || 13 amplectare ego *C*^A || 15 extulas *Mu.* || 16 cum gemit *Iun.*: congemit || 18 paciscuntur *L A*^A (= *H*) *B*^A *C*^A (*eodem errore quo* convivantur *v. 23*) (paciscunt *E*^1 *P*): paciscunt ut (?) *Mu.* || sin *C*^A: sint *L A*^A *B*^A || 18—19 *fort.* idem q. p. m., simulque Lutatio rec. c. p. || 19 lutantium (luct.) *A*^A *ut vid.* || 'concilient' et 'capt. plur. idem' *Mu.*

idem (48, 4):

Sicilienses paciscit obsides ut reddant.

CONVIVANT, pro convivantur. Pomponius Munda (85):

si calendis † convivant, idibus cenant foris.

Ennius Satyrarum lib. I (2):

malo hércle magno suó convivat síne modo.

MIRABIS. Pomponius Patruo (108):

mírum facies, fátue,
si stúdium mirabís diu.

VRINANTVR. Cicero in Academicis lib. II (fr. 10): 'siquando enim nos demersimus, ut qui urinantur, aut nihil superum aut obscure admodum cernimus.

MISERETE. Ennius Hecuba (168):

miseréte anuis:
date férrum, quî me animá privem!

OPINO, pro opinor. Plautus Bacchidibus (fr. x):

Praenéstínum opíno ésse: ita erát glóriósús.

Pacuvius || Chryse (101):

invéni, opino, Oréstes uter essét tamen.

Ennius Eumenidibus (132):

tacére opino esse óptumum, et pro víribus
sapere átque fabulári tute nóveris.

21—22 Naev. Sic.—pro conv.; 25 Enn. malo—convivat.

---

23 hic co. *Mu.*: domi co. *Duebner.* || conuiuantur: *corr. ed. princ.* || 25 suo magno: *corr. Both.* || conv. Sine modo *Both.* || 28 sistud nimium *Lachm. comm. Lucr. p. 197*: si istud studium *Voss.* || 29 Academicorum *Mu.* || 33 anuis *Scal.*: manus (*unum punct. infra* m, *duo supra erasa in L*): manu *Mu.* || 36 errat: *corr.* C^A || 2 op. esse optumum Or.: *corr. Ribb.* (*cf. v. 4*) || uter esset *Roth.*: ut heres sed || 2—4 Or.—optumum *om.* C^A || 4 sapere *Both.* || ut *Scal.*: *del. Both.* || 5 tacere *Both.* || atquea f. A^A || tate C^A.

475 M.

Caecilius Asoto (17):

níl fore opino intér me atque illum.

PROMERES, pro promereris. Plautus [in] Trinummo (641):

. . nam retinére nequeo, quín dicam ea quae prómeres.

OPITVLA. Livius Equo Troiano (20):

dá mihi hásce opés,
quás petó, quás precór, pórrige, ópitulá.

FITE, imperativo modo. Cato de Praeda Militum Dividenda (70, 2): 'tu † dives fite'. — Crassus lib. XVI Iliados (270):

socii, nunc fite viri.

Livius Odyssia (30):

sic quoque fitum est.

PAENITEBVNT. Pacuvius Armorum Iudicio prologo (31):

nunc paénitebunt [libunt] líberi grato éx loco?

PARTIRET, pro partiretur. Afranius Divortio (50):

cum téstamento pátria partissét bona.

Lucilius lib. III (67):

tu partem laudis caperes, tu gaudia mecum
partisses.

Accius Chrysippo (264):

aeternábilem
díuitiam partíssent.

---

7 mea: *corr.* A^A || 8 pro A^A: *om. rell.* || in *om.* C^A || 9 retineri *codd. Pl.*: -rei *Mu.* || 11 asce L^1 || 12 porrige *cod. N. Fabri*: corrige || 13 militibus (?) *Mu.* || 14 tum dites f. *Quich.*: tu dives fito *Laurenberg.*: *fort.* tudites fite || 15 o s. *Iun.* || 18 Paenitebant (-bat C^A) (pen-, poen-): *corr. Quich.* || 19 proloqui non p. *Hermann.* || liberi ingrato (*del.* libunt) *Hermann.*: libere ingr. *Mu.* || libere i. ex loco? *Mu.* || 20 Partire: (*corr.* H^2; *cf. 472. 9*) || 21 partis et C^A: partiret *Mu.* || 24 partissis $L^1 C^A$ || 26 alternabilem *Ribb.* || 27 partissint *Ribb.*

Ennius Telamone (281):

eándem me in suspícionem scéleris partivít pater.

RECORDAVIT. Quadrigarius Annali lib. V (55): 'is ubi Decium cognovit et patriae eum recordavit'.

POTI, pro potiri. Pacuvius Iliona (217):

úsi honore, crédo, Achivi scéptrum patientúr poti.

PRAESTOLAT, pro praestolatur. Turpilius Paedio (153):

ego praestolabo illi, eo citante † opitium.

Livius Tereo (25):

ními' pol inprudénter servus praéstolaras. ‖

REVORTIT. Pomponius Maiali (80):

cenam quaéritat:
sí eum nemo vócat, revortit maéstus ad maenám miser.

RHETORICASTI. Novius Asino (5):

áge nunc, quando rhétoricasti, résponde quod té rogo.

TVTANT. Plautus in Mercatore (864):

ínvoco
vos, Lares viales, ut me tutetis.

Naevius Lycurgo (17):

tuós qui celsos términos tutánt . .

34—35 Prest.—prestolabo.

---

29 in *om.* A^A ‖ in me *Delrius* ‖ 30 Annalium *Mu.* ‖ V *L* A^A: III B^A C^A ‖ 31 dacium: *corr. Augustin.*: Dasium *Roth.* ‖ patria eum: *corr. Iun.*: patriae veteris *Mu.* ‖ 33 usi onere (hon.) cre.: (*corr.* G^1): tu si conere cre. *Me.*: *fort.* usione cre. ‖ Achivi hunc sc. *Bue.*: adhuic sc.: avitum hunc sc. *Mu.*: adhuc (E^1) hunc sc. *Quich.* ‖ patienter A^A ‖ 34 pro prestolaretur *L* ‖ 35 cicant optitum (obt.) C^A: c. ut opitulem *Both.*[2] ‖ illi oscitans ante ostium? *Both.*[1], *Ribb.*: *fort.* oscitanter optio *vel* eo citante officium ‖ 37 (imprudentem E^1P): inpudenter *Ribb.* ‖ servis *Iun.* ‖ *fort.* servu's. praestolares ‖ 4 Rh. *add. Mu., Iun.* ‖ 8 diales ‖ me] me bene *codd. Pl.*

476 M.

Pomponius Parcis (107):

nón erat, qui córpus tremulum fámula tutarét, toga.

Pacuvius Periboea (298):

tu, múlier, tege te et túta templo Líberi.

PATITOR, pro patere. Plautus in Asinaria (375):

patitor tú item, cum ego te réferiam.

COPVLANTVR, pro copulant, passivum pro activo. Plautus in Aulularia (116):

adeúnt, consistunt, cópulantur déxteras.

PRAESAGITVR, pro praesagit. Plautus Bacchidibus (679):

"óccidi!" — "animus iám istoc dicto plús praesagitúr mali."

EXPALPABITVR, pro expalpabit, quod est extorquebit. Plautus in Vidularia (fr. XVIII):

. sérvus a patre árgentum expalpábitur.

REDDIBO, pro reddam. Plautus in Casina (129):

ruri réddibo.

idem in Menaechmis (1038):

sálvum tibi ita, ut míhi dedisti, réddibo . . . .

LVDIFICATA ERO hominem, pro *ludificavero*. *Plautus Milite* (927):

ni lúdificata lépide
ero, cúlpam omnem in me inpónito.

17—19 Cop.—dex.; 22—24 Exp.—exp.; 25 Redd. p. r.; 28 Plaut. sal.—reddibo.

---

11 partis: *corr. Both.*: Patruo *Bentin.* || 12 qui *Ribb.*: quid || 14 et *del.* (?) *Mu.* || tota *L* A^A C^A || templo *Lang.*: templa || 15 Patitur *L* A^A C^A || 16 tui item || 18—19 *cf. 479. 21* || 20 pro praesagat *L* A^A C^A || 21 animis: *corr.* C^A || stoc || 22 expalpavit L^1 C^A D^A || 23—24 *cf. 104. 11* || 24 nunc s. *codd. 104* || 26 redibo L^1 C^A || 28 ita *om.* A^A || 29—30 lud.—ni (*om. propter homoeotel.*) *add. Lips., Me.* || 30 lepido *L* A^A B^A: lapide C^A || 31 inponit (imp.) (*seq.* o) *L* A^A B^A: inponi C^A.

OSCVLAVI. Titinius † ilarubra (155):

laudór quod osculávi privignaé caput.

EXPEDIBO, pro expediam. Plautus in Truculento (138): ||

ego expedíbo:
rem pérdidi apud vos.

Pacuvius Periboea (281):

mane, éxpedibo. fác mihi contra quód rogo respóndeas.

MANDVCATVR, pro manducat. Pomponius Pappo Agricola (99):

. nescioquî, aséllam urget quasi ásinus, uxorém tuam:
íta opertis oculís simitu mánducatur ác molit.

Lucilius Satyrarum lib. IV (41):

adsequitur neque opinantem, in caput insilit, ipsum
conmanducatur totum.

idem lib. XIV (13):

tum illud quid faciat quod manducamur in ore?

Afranius Fratriis (184):

facile mánducari quî potest?

MISERETVR, pro miseret. Turpilius Epiclero (55):

quam mátris nunc patrís me miseretúr magis.

---

32 Osculavit A^A || Insubra *Ribb.*: Ulubrana *Mommsen. de dial. Ital. inf. p. 319*: Hilla rubra *Quich.*: Hilarula (Il.) (?) *Mu.* || **1** ego *om.* C^A || **4** fac A^A (= H^1) C^A: factum $L B^A$ || **6** sellam: *correxi* || nescioquis molam (*Ribb.*) q. a. urg. *Luchs.* (*Herm. VI, 269*) || **7** ita *om.* A^A || simitu *Both.*: simul || manducantur A^A || molet: *corr. Iun.* || **8—10** *cf. 478. 30* (*s. v.* conmanducatur); *81. 28* || **10** con (quod) manducatur A^A: conmanducatum $L B^A C^A$ || **12** cum: *correxi* || num hilum quid satiat *Mu.* || **15** Misere (-ret C^A) pro miseretur $A^A C^A$ (*seq.* tur) || **16** quom *Mu. post Both.* || q. maris: *corr.* A^A || tunc: *corr. Ald.*: tum *Both.*

Pacuvius Atalanta (353):

cepísti me istoc vérbo, miseretúr tui.

MVNERATVR, pro munerat. Turpilius Thrasyleone (203):

dat últro ac munerátur quod ab illo ábstulit.

RIXAT, pro rixatur. Varro Armorum Iudicio (43): 'illic viros hortari ut rixarent praeclari philosophi'. — idem Serrano, *περὶ ἀρχαιρεσιῶν* (454):

dórmit alius. nímirum, vigilánt, clamant, calént, rixant.

idem de Re Rustica lib. I (15, 1): 'ne familiae rixentur cum vicinis'.

ADIVTATVR, pro adiutat. Pacuvius Duloreste (157):

íllum quaero qui ádiutatur.

Afranius Inimicis (201):

hoc, óbsecro, igitur ágite et me adiutámini.

Lucilius lib. XXVII (29):

néc si paulo mínus usurast mágna adiutatús diu.

PIGNERARETVR, pro pigneraret. M. Tullius de Republica lib. I (8): 'sed ut plurimas et maximas nostri animi, ingeni, consili partis ipsa sibi || ad utilitatem suam pigneraretur'.

MVRMVRARI, pro murmurare. Varro in *Εὗρεν ἡ λοπὰς τὸ πῶμα, περὶ γεγαμηκότων* (166): 'ita uti soliti eramus

---

26—29 Adi.—adiutamini.

17—18 Atalanta. cepisti *Me.*: ad (at) accepisti || **18** istoc verbo *Me.*: isto cum erbo (her.) || **19** Munerat pro muneratur (-ra L^1) L A^A B^A (*seq.* tur) || **20** munerat: *corr. Both.* || **21** Rixatur pro rixat C^A || **22** pedari (pecl.?) L^1 C^A || **24** vi. cl. nim. *Mu.* uigilat A^A C^A || calant A^A || **25** de rerum natura: *corr. Lips.* II A^A || rixent *ed. princ.* || **28** (amicis H^1) || **29** hoc *om.* D^A igitur *om.* D^A || **31** usurast *Mu. post Corpetum*: usuras (*om.* L^1) et || **1** ad] id || **2** in *secl. Mu.*

Romae in balneis, plodere coepimus et murmurari’. — Quadrigarius Annali lib. VIII (72): ‘in eo loco populus murmurari coepit’. — Varro Papia Papae, *περὶ ἐγκωμίων* (380): ‘hoc Graecis renuntiato, ut facile intellegeres nos ab îs amari, conmurmurantur *αὐτοί*’. — idem Virgula Divina (572): ‘praesertim cum ventrem meum coherceam nec murmurari patiar’.

EXCALCEATVR, pro excalceat. Varro Pseudulo Apolline, *περὶ θεῶν διαγνώσεως* (439): ‘quod in eius dei templa calceati introeunt; nam in oppido quae est aedes Apollinis et quae ibi ad Herculis, ut introeat, nemo se excalciatur’.

NVTRITVR et NVTRICATVR, pro nutrit et nutricat. Varro Testamento, *περὶ διαθήκης* (542): ‘e mea *φιλοφθονίᾳ* natis, quos Menippea haeresis nutricata est, tutores do

«qui rem Romanam Latiumque augescere vultis»’. (Enn. Ann. 478.)

M. Tullius de Deorum Natura lib. II (86): ‘omnium autem rerum, quae natura administrantur, seminator et sator et parens, ut ita dicam, atque educator et altor est mundus; omniaque, sicut membra et partis suas, nutricatur et continet’. — Afranius Vopisco (401):

nam nutricator oliva.

Lucilius lib. XXX (129):

se nutricatum sane caput opprimit ipse.

---

4 Plod. (*nov. lemm.*) *L* || **5** Annalium *Mu.* || meo loco A^A: eilico *Mu.* || **7** ab his || auto udem C^A: auto idem $A^A B^A$ || **7—8** *discrib. trim. iamb.* (?) *Mu.* || **8** praeser (*seq.* cum) C^A patiatur: *corr. Iun.* || **11** quoque est *Mu.* || **12** sed quae ibi A^A || adque ibi hercules *Mu.* || excalcietur: -atur *Scal.* || **15** Menippea *Me.*: menippe (*post* pe *ras. L*): Menippei (?) *Mu.* || est *Gifan.*: et || **16** augescere *Porphyr. ad Hor. Sat. I, 2. 37*: alciscere || **21** nam nutricatur (*ed. princ.*) * * * Vergilius Georg. lib. II (425): hoc pinguem et placitam paci nutritor olivam *Quich.* || **23** sensu (*supra* u *et infra ras. in L*) nitricatum $L A^A B^A$: sensi (s. nu) nutricatum C^A: *correxi* (*fuisse in archetypo* se nitricatum *credo*) || sine C^A (*cum G*).

VOLAM, pro velim. Lucilius lib. XXVIII (15):

eidóla atque atomus víncere Epicurí volam.

Plautus in Asinaria (109):

"atque aúdin etiam?" — "*écce.*" — "*siquid té volam.*"

idem eadem (152):

méo modo loquar quaé volam, quoniam íntus non licitum
est mihi.

CONMANDVCATVR. Lucilius lib. IV (41): ||

adsequitur nec opinantem, in caput insilit, ipsum
conmanducatur totum conplexa.

idem lib. XV (19):

vilicum Aristocratem, mediastrinum atque bubulcum
conmanducatus corrupit, ad incita adegit.

ESVRIBO, pro esuriam. Pomponius Augure (21):

"ímmo mane, non ésuribis díutius." — "quaré roga."

Novius Mortis et Vitae Iudicio (63):

ita vóbis otiósu' sum, mihi algébo et mi esuríbo?

FATISCVNTVR, pro fatiscunt. Accius Epinausimache (330):

tamen haút fatiscar quín tuam inplorém fidem.

Varro Antiquitate Humana lib. XIV: 'altera ita, altera vulneribus fatiscuntur'. — Pacuvius Duloreste (154):

véreor, nisi numquám fatiscar fácere quod quibó boni.

---

25 et dola: *corr. Me. post Iun.* || acomus *L* A^A C^A || 28—29 *suppl. Ald., Me. una linea praetermissa erat in archetypo* || 30—2 *cf. 477. 8; 81. 28* (*s. v.* comest) || 2 complexum *codd. h. l.*: conplexa comestque *codd. 81*: conplexu' *Mu.* || 3—5 *cf. 123. 26* (*s. v.* incitas); *143. 5* (*s. v.* mediastrinos) || 4 meiastrinum *codd. h. l.* || 5 c. ut corr. *codd. h. l.* || 9 mi esuribo *ed. princ.*: mihi servibo || 10—11 *cf. 307. 10* || 11 aut (ut C^A) || fatiscam *codd. h. l.* || 12 Antiquitatum Rerum humanarum *Mu.* || a. ita et a. B^A: a. ita v. (*om.* alt.) *Mu.*: *fort.* ut a. ita a. || 13—14 *cf. 307. 14* || 13 accius *codd. h. l.* || 14 nisi n. *codd. 307*: si n. *codd. h. l.*: sin umquam *Mu.* || quodquod *codd. h. l.*

CONSCREABOR. Plautus in Persa (308):

“set quís hic ansatus ámbulat?” — “magnífice conscreábor.”

FRVTICARI, pro fruticare. Cicero ad Atticum lib. XV (IV, 2): ‘excisa enim est arbor, non evulsa: itaque quam fruticetur vides’.

EXVGEBO. Plautus in Epidico (188):

iam egó me vortam in hirúdinem atque eorum éxugebo sánguinem.

COPVLANTVR, pro coniungunt. Plautus in Aulularia (116):

adeúnt, consistunt, cópulantur córpora.

INVENIBO, pro inveniam. Pomponius Buccone Adoptato (24):

saepe ádnuit,
ínvenibit saépe.

POENIVNTVR. M. Tullius Tusculanarum lib. I (107): ‘tenendum est igitur nihil curandum esse post mortem, cum multi inimicos et mortuos puniuntur’.

SACRIFICANTVR, pro sacrificant. Varro || Antiquitatum Rerum Divinarum lib. XIV (60): ‘biviris nuptis sacrificabantur in cubiculo viduae’. — sacrificari. Varro Manio (266): ‘non maledicere, pedem in focum non

---

1—3 Sacr.—cubiculo.

---

16 ansatus] conatus || 17 Fructicari pro fructicare B^{A} || 19—20 *cf. 102. 30* (*s. v.* exorbebo) || 20 convortam *codd. 102* (*cum codd. Pl.*) || erundinem || horum *codd. 102* || 21—22 *secl. Mu. cf. 476. 17* || 21 coniunguntur *L* || 22 corpora] dexteras *codd. 476* (*cum Pl.*) || 24 ambit *Both.* || 25 invenibit *ed. a. 1471*: invenit || saépe adibit, ínvenibit saépe *Bue.* || 26 Poenitur C^{A} || 27 (cum)—28 *cf. 471. 26* || 28 et] etiam *codd. 471* (*cum codd. Cic.*) || 2 biviris *Popma*: viris *L*: viri *rell.* || viri nuptiis *Merkel.* || 3 sacr. *del. Quich.*

480 M.

inponere, sacrificari'. — idem Cato vel de liberis educandis (10): 'cum primo cibo et potione initiarent pueros, sacrificabantur ab edulibus Edusae, *a* potione *Potinae* nutrici'.

DISCREPVIT, pro discrepavit. Cicero de Oratore lib. III (119): 'nihil sane ad rem pertinet, siqua in re discrepuit ab Antoni divisione'.

SPOLOR, pro spolio. Afranius Crimine (42):

quós inpune dépopulatur, [et] déspolatur dédecus.

Quadrigarius Annali (11): 'ita per sexennium vagati Apuliam atque agrum Campanum, quod îs per militem licebat, expolabantur'.

VERECVNDATVR. M. Tullius in Hortensio (75): 'hi nostri amici verecundantur, capti splendore virtutis'.

CONVERTITVR, pro convertit. Plautus in Amphitryone (238):

séd fugam ín sé tamén némo cónvértitúr.

RVMINATVR. Varro Sexagesi (505): 'erras, inquit, Marce, accusare † nos. ruminaris antiquitates'. — idem Bimarco (60): 'Odyssiam enim Homeri ruminari incipis'.

---

4 ponere C^A || 4—6 *cf. 108. 16* (*s. v.* Edusam et Potinam) || 5 cum primoribus *codd. h. l.*: cum pro cibo *codd. 108* || et *codd. 108*: de *codd. h. l.* || 6 ab idibus aedusae potione nutr. *codd. h. l.* || nutricis (*i. e.* -ces) *Ries.* || 7—8 *fort. secludend.* (*cf.* '*Non. Marc.*' *p. 25*) || 8 sano L^1 || 9 pro spolior $L\, A^A\, C^A$ || Spolior pro spolio *Both.* || 10 et *del. Both.* || dispolatur: despoliatur *Both.* || 11 Annalibus *vel* Annalium I *Mu.* || vagati] lugati *L* || 12 Apuliam *Iun.*: ampolam || his] eius *Palmerius* || expolabatur $L\, B^A$: expoliabatur A^A: spolabatur C^A: spoliabatur *Peter* || 13 -dantur A^A || 17 Ruminatum (-tur *index marg. in* B^A [= *H*]) || 18 accusans n. *Quich.*: acc. noli n. *Bue.*: *fort.* a causa et re nostra || criminaris: *corr. Ald.*: ruminans *Bue.* || -tem (?) *Mu.* || 18—19 *cf. 383. 30* || 19 incipes: (*corr.* H^2).

PRECANTVR. Varro Eumenidibus (152): '«ego medicina, Serapi, utar!» cotidie precantur. intellego recte scriptum esse Delphis: ϑεῷ ἦρα'.

MIRAS, pro miraris. Varro Eumenidibus (128):

hospes, quid miras auro curare Serapim?
quid? quasi non curat † tantidem Aristoteles.

idem eisdem (129):

aut ambos mira aut noli mirare † de me de eodem.

NOLITOTE, pro nolite. Sisenna Hist. lib. III (10): || 'nolitote mirari, quam desperata voluntate ad unam belli faciendi viam'.

GLISCITVR, pro gliscit. Sempronius Asellio Historiarum lib. IV (4): 'ut maior invidia Lepido glisceretur'.

IGNESCITVR, pro ignescit. Laberius Colace (26):

figúra humana inimíci ardore ignéscitur.

LVXVRIABAT, pro luxuriabatur. Tubero lib. XIV Hist. (10): 'pars omnis luxuriabat'. — Vergilius lib. III (Georg. 81):

luxuriatque toris animosum pectus.

FOCILATVR. Varro de Vita Populi Romani lib. II: 'propter secundas sublato metu non in commune spectant, sed suum quisque diversi conmodum focilatur'.

3—4 Gl.—gl.; 7—9 Lux.—toris.

---

20 Precantor (Prae.) *index marg. in* B^A (= *G*): Precant *Vahlen.* || 20—21 m. a Serapi (*Turneb.*) adiuter *Mu.* || 21 Serapii *Quich.* || *fort.* tua utar || precant *Vahlen.* || scriptum tum e. C^A: inscr. e. (?) *Mu.* || theo hera: *corr. Oehler.* || 23 auro *scripsi*: animo (*idem error 504. 5*) || 24 quid] qui L^1 || tanti item *Ribb.* || *fort.* quid? quasi non non curat A. tantidem! || 25 i. eiusdem $A^A B^A C^A$ || 26 deum me *Ries.* || de eodem *del. Roeper.* || *fort.* aut ambos mira aut noli deum me de eodem *vel* aut ambos mirare aut noli me de eodem || 27 N. p. n. *secl. Quich.* || 1 -re C^A || 2 vi. adplicemus animum (?) *Mu.* || 4 maio D^A || 8 hominis *vel* omnis $C^A D^A$: bonis *Mu.*: *fort.* omnibus *vel* omni re || Georg. lib. III *Me.*: lib. II (*seq.* 1) || 10. 12 Focillantur *ed. a. 1471* (*ita et infra*) || 11 pr. res sec. *Popma*: pr. secunda *Freinshemius* || communi: *corr. Iun.* || spectent A^A || 12 sum $L^1 C^A$ || diversio C^A.

481 M.

EMVNGERENTVR. Varro Cato vel de liberis educandis (27): 'eo consecuti corporis siccitatem, ut neque spuerent neque emungerentur'.

LIBERTATEM VTI, pro uti libertate. Titinius Quinto (98):

item úti eum oportet líbertatem, quí sapit.

Novius Zona (98):

atque facilitátem,
video, úteris vulgáriam.

Lucilius Satyrarum lib. XIV (16):

quem metuas saepe, interdum quem utare libenter.

Sic POTIOR ILLAM REM, pro illa re potior. Terentius Adelphis (cf. 876):

mílle potior gaúdia.

Lucretius lib. III (1037):

adde Heliconiadum comites, quorum unus Homerus
sceptra potitus.

Naevius Lycurgo (34):

dic quó pacto eum potíti: pugnan án dolis?

Accius Phoenissis (590):

natús uti tute scéptrum potiretúr patris.

13—15 Em.—emungerentur.

13—15 *cf. 395. 3* (*s. v.* siccum, firmum) || 14 eo se conse. *codd. 395* || ut D^A: *om. rell.* || expuerent D^A: spuerentur *codd. 395, fort. recte* || 481. 16—482. 11 *secl. Quich.* (*Introd. Lect. Non. Marc., p. 10*) || 16 (pro lib. [*om.* uti] $E^1 P$) || 17 ita *Both.* || eum] cum C^A || 18—20 *cf. 488. 26* (*s. v.* vulgariam) || 20 v. haut ut. *Ribb.* || 23 potior (*alt.*) *secl. Mu.* || 23—24 Ter. Ad. * * * mille *Mu.* || 24 hic potitur gaudia *Ter.* || 26 helicaoniadum || munus *L ex corr.* $A^A C^A$ || 27 esceptra $L C^A$: escreptra B^A || potitur: potius *codd. Lucr.* || 29 pugna an: *corr. Both.* || 31 ut t.: virtute *Fruter., Iun.* || poteretur *Guietus, Both.*

Turpilius Lindia (146):

me vís potiri? fác, ego potiar quód volo.

Pacuvius Atalanta (56):

regi † ut memorabis nunc regnum pótitur transmissú patris.

Sic et OPVS EST ILLAM REM, pro illa re. ‖ Plautus Cistellaria (340):

malum aufer; bonum mihi opus est.

et in Captivis (164):

iam máritimi omnis mílites opu' súnt tibi.

Lucretius lib. II (815):

scire licet nil principiis opus esse colores.

Sic et CALLET ILLAM REM, pro illa re. Pomponius Pictoribus (118):

mírum ni haec Marsa ést: in colubras cállet cantiúnculam.

Afranius Epistula (124):

quamquam ístaec malitiósa non tam cálleo,
tamen nón fefelli?

32—33 *post 482. 6*: *huc transposui* (*'Non. Marc.' p. 95*) ‖ **33** portiri $L^1 C^A$ ‖ potiar *Ald.*: potior ‖ **35** regi (reite *Mu.*) ut memoravi, is nunc r. *Both.*: Tegiae memoravi nunc r. *Bue.*: Tegiae nunc nemoralis r. *Ribb.* ‖ **6** nihil in pr. ‖ colore *codd. Lucr.* ‖ **7** re] ille $L^1 C^A$ ‖ **8** canticulam: *corr. Passerat.* ‖ **11** t. fefellit *Both.*: t. fefelli *Ribb.*: t. hunc (*vel* vos) fefelli *Bue.*

VIII.

INCIPIT
DE MVTATA DECLINATIONE.

APRICATIO, pro apricitas. M. Tullius de Senectute (57): ‘ubi enim potest illa aetas aut calescere apricatione melius vel igni?’

ITINER dictum pro iter. Varro Pranso Parato (421):

Luna éxpectans Adriám se itiner longúm sermone leváre.

Plautus in Mercatore (929):

quín tu ergo itiner éxsequi meum mé sines?

equidem mutata declinatio non est. ab eo quod est iter iteris facit, ab eo quod est itiner itineris.

Lucretius lib. VI (339):

obvia discutiat plagis itinerque sequatur.

Accius Oenomao (500):

coniúgium Pisis pétere, ad te itiner téndere.

idem Meleagro (457):

labóre aut minuat ítiner ingressúm via.

14—17 DE—pro iter; 18 Varro it.—levare; 24 Lucr. obv.—sequatur.

---

14 -TIS *et* -NIBVS *Mu.* || **15** apricacitas *L* || **18** sperans *Mu.* || adria se *L* A^A B^A: adriassent C^A: *corr. Roth.* || **20** ego C^A || sine L^1 C^A: sinis *codd. Pl.* || **21** quidem L^1 C^A || **21—22** *secl. Mu.* (*cf. 485. 4*) || **22** iter iteris] itiner itineris *L* B^A C^A || **24** plagis] gladis L^1 C^A: gladiis A^A B^A: cladis D^A || **26** Pis. pet. *Delrius*: tisis patere || **28** laborem ut *Guietus* || ingresso viae *Voss.*

Turpilius Thrasyleone (207):

age, age, égredere! atque utinam ístuc perpetuum ítiner
sit tibi . .!

FESTINEM, pro festinantem. Titinius Quinto (103):

nunc hóc uror, nunc haéc res me facit féstinem. ||

LACTE, nominativo casu, ab eo quod est lac. Ennius lib. XI (365):

et simul erubuit ceu lacte et purpura mixta.

Hemina Annalium lib. IV (36): ‘ex Tiberi lacte aurire’. — Caecilius Titthe (220):

praesértim quae non péperit, lacte nón habet.

Varro Andabatis (26):

cándidum lact é papilla cúm fluit.

MANSVETEM et MANSVEM, pro mansuetum, ut sit nominativus m a n s u e s. Plautus Asinaria (145):

réddam ego te ex ferá fame mansuétem.

Accius Meleagro (453):

nunc sí me matrem mánsues misericórdia
capsít.

Varro Ὄνος λύρας (364): ‘non vidisti simulacrum leonis ad Idam eo loco, ubi quondam subito eum cum vidissent quadrupedem galli tympanis adeo fecerunt mansuem, ut tractarent manibus?’.

---

1 Lacte — lac; 3 — 4 Hem. ex — haur.; 7 Varro candi.— fluit.

---

30 ist. ut. *Both.* || ut. *post* sit *Havet.* || 1 L. pro nom. *L* || ab] pro *Mu.* || X C^A || 2 et simul er. *Gulielm.*: essi mulier er. || ceu] ceci A^A: (cecu *Paris. 7666 et fort.* C^A) *vide ne in archetypo* ce^{u}ci *fuerit* || 6 — 7 *cf. 486. 4* || 7 confluit *codd. h. l.* || 8 Mansuete et mansues: *corr. Mu., Quich.* || 10 feram *L* A^A C^A || mansuetam *codd. Pl.* || 12 mansuem *Mu.* || 13 tapsit L^1 || 14 — 16 *troch. metr. disp. Mu.* || 14 conuidisti C^A || 15 e loco: *corr. Popma* || 16 fecerunt *Gulielm.*: ferunt.

483 M.

QVAESTI vel QVAESTVIS dictum pro quaestus. Titinius Fullonibus (26):

ni nós texamus, níhil siet, fullónes, vobis quaésti.

Plautus Aulularia (83):

nam híc apud nos níhil est quaesti fúribus.

Novius (105):

pér deam sanctám Lavernam, quaé cultrix quaestíst tui!

Terentius Hecyra (836):

numquam ánimum quaesti grátia ad malás inducam pártis.

Pomponius Pistore (123):

nám plus quaesti fácerem quam quadrínas si haberém molas.

Turpilius Demiurgo (42):

múlier meretrix, quaé me quaesti caúsa cognovít sui.

idem Hetaera (84):

simulári me a se amári quaesti grátia.

Caecilius Venatore (129):

satine huic órdini,
etsí nil egi, quaésti, quia sunt aémuli?

Varro Cato vel de liberis educandis (34): 'non in suarum manuum opificio, quibus † alme lino quid faciunt aut palma. nam liberti quaestuis causa derivant suas res pueris'.

---

18 Questu v. q. C^A || **20** siet *Bue.*: est: erit *Mu.* || **22** e. aliud q. *codd. Pl.* || furius || **23—24** N. Pedio per deam *Mu.*, (*sed cf.* '*Non. Marc.*' *p. 95*) || **24** sancta $L\,B^A\,C^A$ || quae cultrix *om.* L^1 || quaestist tui *scripsi*: quaestui sit || quae mei c. quaestuist *Ribb.* || **26** adducam *codd. Ter.* || **28** quam rinas L^1: quam quadrina C^A || malos B^A (*cum H*) || **32** simulare *Both.*[2] || **33** Feneratore *Spengel.* || **34** huc: *corr. Both.* || ordine L^1 || **35** (ego $E^1 P$) || quaesti quaesti C^A || sunemuli: *corr. Ald.* || 'étsi nil ego égi, quaesti?' 'quaésti?' 'quia sunt aém.' *Ribb.* || **36—37** insuerunt *Mu.* || **37** manum *Quich.*: manu || qui e busso aut l. *Mu.* || *fort.* quibus alumni || faciant *Barth.* || **38** *fort.* aut pluma || liberti *Iun.*: lib̄ II || deribant: diribent *Mu.*

TVMVLTI, pro tumultus. Plautus Casina (649): ||
quid íntús tumúltí fuít?

Terentius in Andria (365):
níhil ornati, níhil tumulti.

Pomponius Piscatoribus (121):
quod hoc ést tumulti.

Accius Aeneadis vel Decio (1):
nihil néque pericli néque tumulti est, quód sciam.

idem Nyctegresia (485):
cuius vós tumulti caúsa accierim et quíd parem, animum advórtite.

VICTI, pro victus. Plautus Captivis (855):
proin victi quotidiani ventrem ad me adferas.

AESTI, pro aestus. Pacuvius Chryse (97):
aésti forte ex árido.

SENATI vel SENATVIS, pro senatus. Plautus Epidico (189):
senáti qui columén cluent.

Sallustius Catilinae Bello (30, 3): ʻigitur senati decreto Q. Marcius Rex Faesulas, *Q*. Metellus Creticus in Apuliam circumque ea loca missiʼ. — Sisenna Hist. lib. III (17): ʻLucius Calpurnius Piso ex senati consulto duas novas tribusʼ. — idem (136): ʻsimul et senati

---

39—1 Tum.—fuit; 10—11 Vic.—adf.; 14—16 Sen.—decr.; 19 Sis. Luc.—consulto.

---

5 quid *Ald.* || 9 acierim B^A || et] er A^A || parum (-rom *P*) aduorti (*om.* animum) $L\ A^A B^A$: parem animum advortito C^A: *corr. Stephanus* || 11 proin *Pl.*: pro || proín tu tui cotídiani vícti vent. ad me. áff. *codd. Pl.* || 13 fonte *Osann.* || 14 vel senatus A^A: *om.* D^A || 17 Q. Metellus *Sall.*: m̄ tullius || 18 quicunque: *corr.* B^A || 19 lucilius $C^A D^A$: lucius (*H*) *vel* lucilius ($E^1 P$) A^A || senatis: *corr. Guietus.*

consultis clarissimis amplificati'. Varro de Vita Populi Romani lib. I: 'posteaquam Q. Fabio Maximo dictatore' * * *

VAS, pro vades. M. Tullius de Officiis lib. III (45): 'vas factus est alter eius sistendi, ut, si ille non revertisset, moriendum esset ipsi'.

SVMPTI, pro sumptus. Plautus Trinummo (250):

quod ebibit, quod comest, quod facit sumti.

Turpilius Philopatro (182):

ecce aútem tuo more, úti soles, vidére mi
aegre íd pati quia hós dies conplúsculos
intércapedo súmti faciundí fuit.

Lucilius lib. XXX (19):

quid dare, quid sumti facere ac praebere potesset.

Caecilius Plocio (180):

quid hóc futurum obsónio est, ubi tántum sumti fáctum?

Varro || Bimarco (52):

cúm novissimé mutaret, quántum sumpti fécerit.

ITERIS positum pro itineris. et quidem recte, ab eo quod iter, iteris facit; itiner, itineris. Naevius Lycurgo (33):

ignótei íteri' súmu'; túte scís?

24—25 Sum.—sum.; 3—5 It.—scis.

---

20 ampl. * * * *Mu.* || de vita populi (*om.* romani) *L* A^{A} C^{A} (*siglum* $\overline{\text{pr}}$ *male explicatum erat*): $\overline{\text{pr}}$ (*om.* de vita) B^{A} (= *G*) || **21** III *Kettner.* || **22** vades *ed. a. 1476*: vade || I *L* B^{A} || **24—25** *cf. 81. 20* || **26—29** *cf. 525. 29* (*s. v.* dies, acc.) || **27** tuo more ut *codd. 525*: tuum ore uti *codd. h. l.* || **28** hoc *codd. h. l.* || **31** potisset || **33** est *Both.*: et || **2** mitaret L^1: putaret *Meinek.*: putarit *Kettner.*: *fort.* aestimaret || sumptif. *Havet.* (*Arch. Lat. Lex. I, 443*) || **3** (et q.)—**4** (itineris) *secl. Mu.* (*cf. 482. 21*) || **4—5** *cf. 124. 32* (*s. v.* ignotae) || **5** ignoti (igoniti L^1) *codd. h. l.* (*cum codd. Prisc. I, p. 229*): -tae (-te) *codd. 124* (*cf. Class. Rev. XVI, 48*).

Accius Oenomao (498):

“praésto etiam adsum.” — “expróme quid fers? nám te † longo ítere cerno
vádere.”

idem Telepho (627):

stúdiumque iteris réprime.

Varro Cycno, περὶ ταφῆς (79):

tua témpla ad álta fání properáns citús iteré.

EXERCITI vel EXERCITVIS, pro exercitus. Accius Armorum Iudicio (150):

in quó salutis spésque summas síbi habet summa exérciti.

idem Epinausimache (310):

. cóntra quantum obfúeris, si victús sies,
consídera et quo révoces summam exérciti.

Varro de Vita Populi Romani lib. II: ‘quibuscum turpe fecerant foedus sine publico consilio, dediderunt hosti. quid quod Decius imperator pro exercituis salute se dis Manibus devovit?’

ASPECTI, pro aspectus. Accius Astyanacte (187):

abdúcite intro; nám mihi miseritúdine
conmóvit animum excélsa aspecti dígnitas.

7—8 Acc. expr.—vad.; 13 Exerciti pro ex.; 21—23 Varro quod—pro asp.; 25 Acc. comm.—dignitas.

---

7 etcam L^1: em iam (?) *Ribb.* || t. l. ab it. *Ribb.*: t. e l. it. *Mu.*: *fort.* t. l. ego it. || 15 (spesque supremas *G*): spes supremas *Iun.*: spesque (*gen.*) summam *Bue.* || *fort.* spes opésque summas | síbi || 17 c. tu *Mu.* || obfuerit (?) *Ribb.* || 19—20 a quibus ictum t. fec. *Popma* || 20 dederunt: *corr. Quich.* || 21 hostibus *Kettner.* || h. * * * idem eodem, quid quod D. *Palmerius* || quodquod C^A (*supra add. in L*): quotquot B^A: quod A^A D^A || pro *L* A^A B^A: propter C^A D^A || exerciti: *corr. Kettner.*, *Havet.* (*Arch. Lat. Lex. I, 443*).

idem Alphesiboea (80):

. ó dirum hostificúmque diem! o
vim tórvam aspecti atque hórribilem!

SCRIPTIO, pro scriptura. Cicero de Oratore lib. II (5): 'illud autem est huius institutae scriptionis ac temporis'.

SALTI, pro saltus. Accius Melanippo (435):

híc Melanippum intér traiectus némorum in salti faúcibus.

LVCTI, pro luctus. Accius Pelopidis (519):

césso hinc ire et cápere lucti véstem in leto cóniugis.

idem Nyctegresia (491):

tún quod superest sócium mittis léto? an lucti paénitet? ||

PARTI et PARTVIS, pro partus. Pacuvius Atalanta (69):

ubi égo me gravidam séntio adgraváscere
propínquitate párti.

Varro Andabatis (26):

cándidum lact é papilla cúm fluit, signúm putant
pártuis, quod híc sequatur múlierem e partú liquor.

FRONS, pro frondes; ut Vergilius Georg. lib. II (372):

praeterea cum frons tenera inprudensque laborum.

Varro Parmenone (390):

caéditúr lótos *álta*, álta frós décidít Pálladís, plátanu' rámís.

31—32 Sal.—faucibus.

---

27 odirum L^1: odiorum $A^A B^A C^A$: o deírumque *Mu.* || 27—28 ovium turbam: *corr.* Σ || 32 intra L A^A || 34 lapere: *corr. Mu.* || lecto $A^A B^A$ || 36 tun *Voss.*, *Both.*: tunc || 1 et partui C^A || 2 (adgravescere *Lugd.*, *Bamb.*) || 3 partis L $A^A C^A$ || 4—5 (fl.) *cf. 483. 7* (*s. v.* lacte, nom.) || 7—8 *cf. 114. 1* || 10 lotos *Me.*: lutos B^A: lutos *vel* lucos $A^A C^A$: lucos L || alta *add. Bue.*: alma *Mu.*: atque *Ries.*

IBVS pro îs minus latinum putat consuetudo, cum veterum auctoritate plurimum valeat. Titinius Gemina (59):

eu! ecástor,
sí moratae sítis ambae íbus pro ut ego móribus!

Plautus Milite (74):

latrónes, ibus dínumerem stipéndium.

Pomponius Pappo Agricola (103):

nunc, quándo noluísti facere, fác voluptatí sies
ibús.

EXCELSITAS. M. Tullius de Officiis lib. III (24): 'etenim magis est secundum naturam excelsitas animi et magnitudo'.

CAMPANS, pro Campanum. Plautus in Trinummo (545):

credo égo istuc, Stasime . . . sed Campáns genus
multó Surorum iam ántidit patiéntia.

PERNICII, pro perniciei. M. Tullius pro Sexto Roscio (131): 'quorum nihil pernicii causa divino consilio, set vi ipsa ac magnitudine rerum factum putem'. — Sisenna Hist. lib. VI (128): 'Romanos inferendae pernicii causa venisse'.

HEREM, pro heredem. Naevius Gymnastico (58):

atque meís bonis
ómnibus ego te hérem faciam. ||

---

11 his || 14 sitis mor. *Ribb.* || pro ut ego *Herm.*: ut ego pro || moribus *cod. N. Fabri*: maoribus L^1: mauribus C^A: maioribus $A^A B^A$ || 16 den. || 18 (uoluisti *G*) || 21 e. multo m. *codd. Cic.* || 22 *fort.* pro Campanus || 23 istasime || st. ita esse sed C. *Pl.* || 24 multos vestrorum (ūr.) i. ancidit patentia C^A || 25 Pernici || 26 pernici: -cie *codd. Cic.*: -cii *Gell. IX, 14. 19* || 26—27 sed vi *Cic. et Gell.*: et ut || 27 et m. *codd. Cic. et Gell.* || magnitudo ne A^A || putamus *codd. Cic.* || 28 inferendae *Gell. IX, 14. 8*: in re cerne || pernici || 29 Heredem pro heredem C^A || 31 te ego *Mu.* || heredem $L B^A C^A$.

487 M.

GELV ars monoptoton esse vult; contra sentit auctoritas. Lucretius lib. V (205):

adsiduosque geli casus mortalibus aufert.

idem lib. VI (156):

denique saepe geli multus fragor atque ruina.

VAPOR et VAPOS et TIMOR et TIMOS et LABOR et LABOS ita sunt ut c o l o r et c o l o s. Lucretius lib. VI (952):

pervolitant, permanat odos frigusque vaposque.

Naevius Lycurgo (40):

iam ibí nos duplicat ádvenientis tímos, pavos.

Accius Andromeda (112):

quí neque terraest dátu' nec cineris caúsa umquam evasít vapos.

Varro Manio (247):

sternít iuvencus, quám labos mollém facit.

PERVICO, pervicaci. Accius Armorum Iudicio (158):

sed pérvico Aiax ánimo atque avorsábili.

IONI. Plautus Aulularia (556):

quem quóndam Ioni *Iúno* custodem áddidit.

ANTISTITAM. Accius Astyanacte (167):

utinam únicam mihi antístitam Arquitenéns suam tutétur!

GEMITI. Plautus Aulularia (722):

tantum gemiti et mali, maestitiae mihi hic dies optulit.

1—3 Gel.—auf.; 5—10 idem fr. a. r. g.—timos; 14 Varro ster.—facit.

---

3 que *om.* $C^A D^A$ || 5 geli *post* ruina || 8 -tas $L A^A B^A C^A$: -tans D^A || ados: odor *codd. Lucr.* || 10 pavos *om.* D^A || 12 cyneris: (*corr. G*) || 14 stertit iuventus *Oehler.* || 16 advorabili $A^A C^A$: vorabili $L B^A$: *corr. Mu.* || 18 Iuno *om.* || 23 mali *om.* C^A || mihi d. hic C^A: hic d. mihi *codd. Pl.*

SPECIS, pro specubus. Accius Alcmeone (62):

quod dí in terram infernám penitus
depréssum altis clausére specis.

GALLVM, pro gallorum. Varro Eumenidibus (140):
rúditatem ac pudórem gallûm, coépit, mihi † videri.

GENERIBVS, pro generis. Accius Alcmeone (64):

qui ducat, cúm te socerum víderit,
géneribus tantam ésse inpietatem?

ARGVS, pro Argivus. Plautus Amphitryone (98):
Amphítryo natus Argis ex Argó patre.

Vergilius Aen. lib. IV (661):

auriat hunc oculis ignem crudelis || ab alto
Dardanus.

AVGVRA, pro auguria. Accius Telepho (624):
pró certo arbitrábor sortis, óracla, adytus, aúgura?

HVMV, pro humo. Varro Pranso Parato (422):

contrá coactu' cérvu' latratú canum
fertúr bisulcis úngulis niténs humu.

idem [Varro] *Ταφῇ Μενίππου* (531): 'in pavimento non audes facere lacunam; at in humu calces facis elixos'.

---

24 Spec. pro spec.; 25—26 Accius pen.—specis.

---

24 Spectis C^{A} || 25 interdum inferam: in terram infernum *Bue.*: in sedem infernam *Mu.* || 28 pruditatem: *corr. Oehler.*: probitatem *Ries.* || ac *Ries.*: a A^{A}: an $L\ B^{A}\ C^{A}$ || c. inibi *Vahlen.*, videris *Mu.*: c. mihi sic uendere *Bue.* || 30 quis deicat *Mu.* || vid. soc.: *corr. Voss.* || 31 tanta C^{A} || 33 natum || 34—2 *secl.* (?) *Mu.* || 5 Humo pro humo C^{A}: Humu (*H*) *vel* Humo ($E^{1}\ P$) pro humo A^{A} || 5—7 *cf. 353. 20* (*s. v.* niti, ambulare) || 6 servus *codd. utrobique*: *corr. Turneb.* || 7 neces *codd. h. l.*: neites *Mu.* || humum || 8 idem *Mu.*: vident (-den C^{A}) || Varro *om.* $L^{1}\ C^{A}$ || 8—9 *cf. 48. 18* (*s. v.* elixum) || 9 non aedes *codd. h. l.* || *fort.* iacere lagoenam—iacis || humo || calceos: *corr. Bue.* || clixos (di- C^{A}): (*corr. H*).

FLVCTI, pro fluctus. Accius Telepho (633):

fluctí cruoris vólverentur míhi . .

idem Clytaemestra (33):

flúcti inmisericórdes iacere, taétra ad saxa adlídere.

Pacuvius Chryse (76):

interea loci
flúcti flaccescúnt, silescunt vénti, mollitúr mare.

PISCATI, pro piscatus. Pomponius Piscatoribus (119):

"quíd habes in syrpículis, calve?" — "ómne piscatí genus."

Turpilius Demetrio (21):

antehác si flabat áquilo aut auster, ínopia
tum erát piscati.

POEMATIS. M. Tullius *de Officiis* lib. III (15): 'quod item in poematis, in picturis usu venit'.

CVLTIO, pro cultura. M. Tullius de Senectute (56): 'num igitur horum senectus miserabilis, qui se agri cultione oblectabant?'

VVLGARIAM, pro vulgarem. Novius Zona (98):

átque facilitátem,
video, úteris vulgáriam.

Turpilius Thrasyleone (205):

. nón est mediocrís res neque vulgária
fallácia haec.

17—18 Pisc.—gen.; 24—25 Cult.—oblectabant.

---

11 uoluerunt B^A || mihi (michi *L*)] Mysii *Bue.* || **13** taetra *Mu. post Me.*: et aetra L^1: et aethra $A^A B^A$: et aetera (*Paris.* *7666*) *vel* aetera (*om.* et) (*Lugd. Bamb.*) C^A || **15** loca: *corr. Gulielm.* || **16** flacciscunt || **20** fluat C^A || **21** tum orat L^1: tumeor at $A^A B^A$ *ut vid.*: tum erat C^A (*cum* H^2) || **22** de off. *add. Me.* || **23** item (autem) *codd. Cic.*: idem || usum $L A^A B^A$ || **25** m. fuit *codd. Cic.* || **26—28** *cf. 481. 18* (*s. v.* uti *cum accus.*) || **27** aquae (*corr.* $E^1 P$) *codd. h. l.* || **30** em non *Havet.* (*Mél. Graux, p. 809*) || non e. m. neq. v. *Mu.*: non e. m. r. neq. est v. *Ribb.*: non e. m. haec r. neq. v. *Studem.* || *fort.* non m. est || **31** haec fall. (*troch.*) *Both.*

Afranius Privigno (263):
dehinc témeritatem répudio vulgáriam.

PANNIBVS, pro pannis. Pomponius Maccis Geminis (70):
. "bono animo es!" — "vídeo, erepsti prímiter de pánnibus."

INDECORIS, pro indecora. Accius Athamante (193): ||
cúius sit vita indécoris, mortem fúgere turpe haut cónvenit.

Vergilius lib. XII (25):
nec genus indecoris.

FETIS, pro fetibus. Accius Bacchis (243):
ubi sanctú' Cithaeron
frondét viridantibu' fétis.

SVBLIMA, pro sublimis. Accius Phinidis (576):
aut saépe ex humili séde sublima évolat.

Sallustius Historiarum lib. III (27): 'nam tertia tunc erat, et sublima nebula caelum obscurabat'.
Ab eo quod est labos LABOSVM facit non laboriosum Lucilius Satyrarum lib. III (10):
praeterea omne iter est hoc labosum atque lutosum.

NEFANTIA, pro nefanda. Lucilius Satyrarum lib. III (59):
Tantalu' qui poenas, ob facta nefantia poenas,
pendit.

idem lib. XXIX (65):
díssociata aeque ómnia ac nefántia.

---

7 Subl. p. subl.; 9—10 Sall. nam—obscurabat; 14—16 Nef.—pendit.

34—35 *cf. 154. 21* (*s. v.* primiter); *506. 28* (*s. v.* es pro esto) || 35 quin bo. *codd. 154* || eripisti *codd. h. l.* || 36 pro indecore C^A || 1 cuiust *Mu.* || turpem *Iun.* || aut || 8 sublimia evolat L^1C^A: sublime volat A^A || 10 tunc] luna *Maehly.* || 11 labes *Mu.*: *fort.* lābor || non lab. *del. Quich.* || 13 inter est C^A || 14 VI C^A || 15 poenas *alt. om.* D^A || 18. 21 dissociat (*seq.* a): *corr. Guietus, Oehler.* || atque: *corr. Fruter.* || dissociataque *Bue.*

Varro Sciamachia, περὶ τύφου (509): 'ego, inquit, ei eam suppetias, quicum mihi nec res nec ratio est, «díssociata aeque ómnia ac nefántia?»' (Lucil. XXIX, 65.)

GRACILA est, pro gracilis [est]. Lucilius Satyrarum lib. VIII (1):

quod gracila est, pernix, quod pectore puro,
quod puero similis.

BACCHANALIORVM, pro bacchanalium, ut vectigaliorum et conpitaliorum et novaliorum et vulcanaliorum. Sallustius (Hist. III, 31): 'exaudirique sonus bacchanaliorum'. — idem Historiarum lib. IV (III, 50): 'Curio Vulcanaliorum die ibidem moratus'.

TVMVLTI. Ennius Hectoris Lytris (143):

quid hoc híc clamoris, quíd tumulti est? nómen qui usurpát meum?

Turpilius Paedio (154):

. . . progrediór foras visére quid hic tumúlti
anté fores.

Sallustius in Catilinae Bello (59, 5): 'ille cohortis veteranas, quas tumulti causa conscripserat, in frontem, post eas ceterum || exercitum in subsidio locat'. — Afranius Vopisco (393):

hém, quid hoc? perií! pertimui! quíd tumulti exaúdii?

PROGENII. Pacuvius Paulo (1):

patér supreme nóstrae progenií patris.

---

19 ego enim quid C^A || 20 ei eam *Mu.*: etiam A^A: eam $L\,B^A\,C^A$ || quicum *Bue.*: qui tunc || 22 est *pr. om. ed. a. 1471* || est *alt. om.* A^A || 23 e. pede quod pern. *I. Dousa* || 24 (puro $E^1\,P$) || 27 nonus C^A || 28 Vulc. die] religione Vulc. *Havet.* || 29—490. 22 *post 490. 27 collocand. videntur* (*cf.* '*Non. Marc.*' *p. 26*) || 30 qui tum. C^A || 32 hic *Both.*: hi (*seq.* t) L^1: in C^A: hinc $A^A\,B^A$ || 33 foros A^A || 35 fronte *codd. Sall.* || 3 exaudio *Ribb.* || 4 Progenis (*Lugd. Bamb.*) *vel* -niis (*Paris. 7666*) C^A || 5 progeni || patres *Mu.*

STREPITI, pro strepitus. Ennius Hectoris Lytris (144):

quid in cástris strepitist?

ADMIRABILITAS, pro admiratio. M. Tullius de Officiis lib. II (38): 'ergo et haec animi despicientia admirabilitatem magnam facit'.

ITINER, pro iter. Ennius Telepho (292):

deûmque de consílio hoc itiner crédo conatúm modo.

Pacuvius Atalanta (44):

dolét pigetque
mágí' magisque mé conatum hoc néquiquam itiner . . . .

idem Duloreste (121):

Délphos venum pécus egi, inde ad stábula huc itiner cóntuli.

FEROCIA, pro ferocitate. Pacuvius Teucro (345):

nisi cohérceo
protérvitatem atque hóstio feróciam.

DELERITAS, deleratio. Laberius (139):

quaenám mens, quae delérítas vos súbpolitorés facit
cum cáno eúgió puéllitárí?

HOLERORVM, pro holerum. Lucilius Satyrarum lib. XV (31):

tintinabulum abest hinc surpiculique holerorum.

MIXTVRA et MODERATVRA. Varro de Vita Populi Romani lib. I: '† sed quod ea et propter talem mixtura inmoderata exaquiscunt, itaque quod temperatura moderatur in Romuli vita triplicis civitates'. †

---

8 Mirabilitas: *corr. Quich.* || 8—9 *cf. 203. 11* || 9 disp. || 16 D. versum *Ranchinus* || p. e. (*Iun.*) inde *Voss.*: pecus secunde (-dae) || ad *Iun.*: ab || huc *Mu.*: ac: haec *Ribb.* || 17—19 *cf. 121. 14* (*s. v.* hostire) || 18—19 n. cicia (citia) fericitate (-roc-A^A) atque (ad.) ferocia (*om.* hostio) *codd. h. l.* || *scripturam corruptissimam inde ortam credit Mu., quod hi versus olim post 492. 2 positi, cum ibi intercidissent, summae paginae margini in archetypo adscripti essent* || 21 -ris || 22 ca. anilique eu. *Bue.* || 25 Mi. pro mod. *ed. princ.* || 26—27 misturam immoderatam *Ald.* || 27 exaquiscunct C^A: exacescunt *edd.* || ita quoque temperatur moderatura *Roth.* || vita] civitate *Quich.*

GVBERNA, pro gubernacula. Lucilius Satyrarum lib. XX (12):

proras despoliate et detundete guberna. ||

SINGVLARIA, pro singulari. Turpilius Demetrio (28):

homo única est natúra ac singulária.

LVBIDINITAS, pro lubidine. Laberius in Scylace (81):

lubídinitate lábitur.

FRVCTI vel FRVCTVIS, pro fructus. Turpilius Canephoro (12):

sati' frúcti reddunt.

idem Hetaera (86):

haec si ínpetro abs te ut fáciat,
sati' frúcti cepero éx te.

Varro de Re Rustica lib. I (2, 19): 'eius enim salivam esse fructuis venenum'.

MENSIONEM, pro mensuram. Cicero in Oratore (177): 'aures enim vel animus aurium nuntio naturalem quandam in se continet vocum omnium mensionem'.

VOLVTABVNDVS, pro volutans. M. Tullius de Republica lib. II (68): 'cupido autem et expetenti et lubidinoso et volutabundo in voluptatibus'.

PORTI, pro portus. Turpilius Demiurgo (48):

neque naútae, cum essent círcumventi véntis, incerto ítinere,
porti índigentes.

DOMVIS, pro domus. Varro *Ταφῇ Μενίππου* (522): 'perrexit in interiores partes domuis'.

---

29 detundite (-ditate C^{A}) || pr. detendite et spoliate gub. *codd. Mar. Victor. p. 56. 11* || 3 Colace *Iun.* || 8 faciet B^{A} *ut vid.* || h. s. a. t. u. fa. i. *Havet. (Mél. Graux, p. 810)* || 11 venenum *cod. Varr.*: veneno || 12 pro mensura $L\,B^{A}\,C^{A}$ || 14 vocem: *corr.* B^{A} || 16 appetenti (?) *Mu.* || 17 voluntatibus $L\,A^{A}\,B^{A}$ || 21—22 *cf. 217. 15.*

SONITI et SONV, pro sonitus et sono. Pacuvius Duloreste (133):

quidnam autem hoc sóniti est, quod stridúnt foris?

Caecilius Chalciis (20):

núm quid nam forés fecere sóniti?

Sisenna Historiarum lib. III (26): 'postquam sonu signorum proelium magno cum clamore virorum commissum est'.

GLVTINO, pro glutine. Lucilius lib. XXVI (XXVIII, 41):

praetérito tepido glútinator glútino.

CAVTIO, pro cautela. Cicero de Oratore lib. II (300): 'neque illa mihi cautio et timiditas in causis propter praestantem prudentiam Crassi neglegenda est'. ||

FEROCIA, pro ferocitate. M. Tullius de Republica lib. VI (1): 'qui contuderit eius vim et ecfrenatam illam ferociam'.

GELO, pro gelu. Varro Sesqueulixe (467):

Pieridum comesque tenens
† cata gelo putri
montium † laxa.

CESTIS, pro cestibus. Varro Devictis, περὶ φιλονικίας (89): 'dicat pugilis: spectatoris, qui miserum putatis

---

31—33 Caut.—est.

---

23 Soni et sonus *L* B^{A} C^{A} || sono *Σ*: sona || 24 fori: *corr. Iun., Ribb.* || 26 nam quid nam: *corr. Ribb.* || facere C^{A} (*cum G*) || 28 utrorumque *Mu. duce Popma* || 29 XXVIII *Mu.* || 30 praetreito (?) *Mu.* || gl. glutinor: (*corr.* H^{1}) || 31—33 *cf. 228. 21* || 2 contuperit L^{1}: comperit *rell.*: *corr. Roth.* || 4 pueri dum: *corr. Scal.* || quae *Scal.* || tenens *scripsi*: tenent || 5 cavata *Scal.*: cana *Bue.*: *fort.* catenata || 6 saxa *Bentin.*: *fort.* latera || 4—6 . . Pieridum comes | quae cavata tenent gelo | saxa putria montium *Mu.*: Piéridúm comés | quaé tenént cána pútrí geló móntiúm | sáxa *Bue.* || 7 Vae victis *Ald.* || 8 ducat C^{A} || pugili C^{A}: (pugil *index marg. in* B^{A}) || (-res *P*) || quin *Mu.*

vinci, quaero a vobis, si adversarius supercilia mi cestis descobinarit, numquis vestrum sua mihi est daturus?'

FRVCTVIS, pro fructus. Varro Meleagris (295): 'quaero, utrum fructuis an delectationis causa? si fructuis, ut vendatis'. — idem Varro *Ταφῇ Μενίππου* (530): 'aliquot Romae sunt, qui cellas vinarias fructuis causa fecerunt'.

QVAESTI, pro quaestus. Varro Prometheo Libero (436): 'aemulum illius artis atque obstrigilatorem, quae propter aliquot annos quaesti nihil fecerit'.

SENECTAM, pro senectute. Vergilius lib. VI (114):

vires ultra sortemque senectae.

Lucilius lib. XXVIII (51):

próspiciendum ergo ín senectam *iám* nunc adulescéntiaest.

INERMIS, pro inermibus. Sallustius [in] Iugurthae Bello (107, 1): 'neque quemquam decere, qui manus armaverit, ab inermis pedibus auxilium petere'. — Sisenna Historiarum lib. III (37): 'plerique inermi in castra perfugiunt'.

GALLIAE, pro Gallicae. Sallustius Hist. lib. IV (40): 'cum interim lumine etiamtum incerto duae Galliae mulieris conventum vitantis ad mestrua solvenda montem ascendunt'. ||

EFFIGIA, pro effigies. Afranius Vopisco (363):

cuius te súscitat
imágo, cuius effígia, quo gnatú's patre.

---

9 supercilta A^A: supercilita *L* || cerstis A^A || **10** discopinarit *L* A^A B^A: discopanarit C^A: *corr. Roeper.* || suam m.: *corr. ed. a. 1476* || **11** Fructibus L^1 C^A || pro fructis L^1 C^A: pro fructibus A^A B^A || **12** utr. fructuus C^A || **12—13** c. si fructuis *Roth.*: c. structuis (fructuis *P*) || **13** Varro *del. Ald.* || **14** quid L^1 C^A || **16** obtrigilatorem: *corr. Pius* || quae] quem *Havet.*: qua *Roth.* || **21** senecta: *corr. F. Dousa* || iam *add. Mu.* || nunc in ad. *Casaubon.* || **22** in *om.* *L* C^A || **23** nequequam C^A || dicere B^A || **26. 27** Gallae *Pius* || **3** cognatus *L* A^A B^A.

INTEMPERIA, pro intemperantia, apud veterem auctoritatis obscurae (Gell. I, 17, 2): 'has eius intemperias in maritum'.

POEMATORVM, pro poematum. Afranius Privigno (271):

poématorum nón bonorum.

Plautus Asinaria (174):

nám nec fictum umquam ést neque pictum néque scriptum in poématis.

CAVTIO, pro cautela. Terentius in Andria (400):

. puerum autem né resciscat míhi esse ex illa caútio.

ACRITAS. Accius Neoptolemo (467):

vis veritátis atque acritás . . .

LARGITAS, pro largitio. Terentius in Adelphis (985):

quód proluvium? quaé istaec subita est lárgitas? . . . .

DEXTRABVS, pro dexteris. Livius in Odyssia (40):

deque manibús dextrabus.

CVRATVRA et CVRATIO, pro cura. Terentius in Eunucho (316):

tametsí bona est natúra, reddunt cúratura iúnceas.

Cicero Tusculanarum lib. III (23): 'nam ut medici causa morborum *inventa* curationem esse inventam putant'.

INBERBI, pro inberbes. Lucilius lib. XXX (77):
CALICES. Varro Est Modus Matulae (114): 'apothecas tricliniares, Melicas, Calenas obbas et Cumanos calices'. — Cicero Tusculanarum lib. III (44): 'quid? huic calix mulsi inpingendus est, ut plorare desinat?'

1—5 Obba—accedas; 6—8 Canth.—rec.; 11—13 Varro haec—unguenti; 14—17 Scy.—nol.; 19—20 Calices. Varro. obbas—calices.

---

1 ex parto $C^A D^A$ || 1—3 *cf. v. 9; v. 18; 146. 9* || 3 calicas C^A: calicis $L^1 B^A$: calicias A^A: calices D^A || 4 marullium: *corr. Roth.*: M. Tullium *Riccobon.* || 5 ac tempus *Mu.*: actus (*om.* C^A) || declaravit || 6 C. vas D^A || 7 gravi $L A^A$ || 8—10 *cf. v. 1; v. 18; 146. 9* (*s. v.* obba) || 11 aedium (adeo *Iun.*) emptoribus *Popma* || sellae *Gesner.* || carnaria $B^A C^A D^A$: carnalia $L A^A$ || 13 putere *Pius*: putrer (-ret *Paris. 7666*) esse C^A: putre esse $L A^A B^A$ || 16 Bacyola A^A || 17 habebam *Ritschelius Opusc. III, 793*), *Quich.* || 18—19 *cf. v. 1; v. 9; 146. 9* (*s. v.* obba) *fort. secludend.* (*cf.* '*Non. Marc.*' *p. 33*) || 20 plorare se des.

CYMBIA. Vergilius lib. V (267):

cymbiaque argento *perfecta* atque aspera signis.

Varro de Vita Populi Romani lib. I: ‘item erant vasa vinaria: sini, cymbia, culignae, paterae, guti, sextarii, simpuvium’.

CRATERES, vasa vini. Vergilius Aen. lib. I (VII, 147; cf. I, 724):

crateras laeti statuunt et vina coronant.

|| Crateres, vasa olearia. Vergilius in Bucolicis (V, 68):

craterasque duo statuam tibi pinguis olivi. ||

et Aen. lib. VI (225):

fuso crateres olivo.

ORCAE. Varro de Re Rustica lib. I (13, 6): ‘saepe, ubi conditum vinum novum, orcae in Hispania fervore musti ruptae’.

NASSITERNA, vas aquale. Varro de Re Rustica lib. I (22, 3): ‘ut ex aere aenea, urceos, nassiternam, item alia’.

CATINVS. Varro de Re Rustica lib. I (63, 1): ‘promendum id frumentum quod curculiones exesse incipiunt: id enim cum promptum est in sole ponere oportet aquae catinos, quod eo conveniunt, ut ipsi se necent’. —

21—28 Cymb.—ol.; 3—5 Orc.—aq.; 6 Varro urc. nass.

---

22 perfecta *om.* || atque *om.* B^A || 24 culignae *Lips.*: aquilinae (-ne) || 25 Crateras (*cf. v. 26*): Craterae *ed. a. 1480* || vasa v. *ed. a. 1476*: maius v. $L A^A B^A C^A$: maius vas (*om.* vini) D^A || 27 Crateras A^A: Crater $C^A D^A$: Crateres $L B^A$ || vas olearium D^A || 28 duos statuam A^A: duostantum $L B^A$ || 3 Orcas (Arcas A^A): *corr. Quich.* || 8 id *Varr.*: in || exsesse $L B^A$: exsese C^A: exsesse (*E*) *vel* exsese ($H^1 P$) A^A || 9 idem enim C^A || aquae *Varr.*: adque (atque).

idem de Vita Populi Romani lib. I: ‘dicuntur enim patellae, salini, acetabula, catini, patinae’.

CALAMISTRVM, fistula brevis, qua cirri concinnantur. Cicero in Oratore (78): ‘removebitur omnis insignis ornatus quasi margaritarum; ne calamistri quidem adhibebuntur’.

CARCHESIA, genera poculorum. Vergilius Aen. lib. V (77):

hic duo rite mero libans carchesia baccho.

et Georg. lib. IV (380):

et mater: cape Maeonii carchesia bacchi.

Alias summa pars mali, id est foramina quae summo mali funes recipiunt. Lucilius (III, 37):

tertius hinc mali superat carchesia summa.

Catullus Veronensis (64, 235 b):

lucida qua splendent . . carchesia mali.

HIRNEA, vas vinarium. Plautus in Amphitryone (429):

cádus erat vini: índe inplevi hírneam . . . .

MIXTARIVM, quo miscemus. Lucilius lib. V (33):

urceus aut † longe gemino mixtarius paulo †.

CALPAR nomine antiquo dolium. Varro de Vita Populi Romani lib. I: ‘quod, antequam nomen || dolii prolatum, cum etiam id genus vasorum calpar diceretur, id vinum calpar appellatum’.

11—16 Catinus. Varro. dic.—bac.; 19—3 Al.—perluuntur.

---

11 salinia (*seq.* a) $C^A D^A$: salina *Quich.* || patenae $A^A B^A$ || 12—14 *secl. Quich.* || 12 cirri *ed. princ.*: tibi (tibia D^A) concinnantur *Stewech.*: continetur || 14 nec c. || 15—16 *cf. 312. 27* || 15 I *codd. h. l.* || 17 III B^A || 18 et *om.* || 20 L. tertio (*seq.* tertius) *Mu.* || 21 hinc A^A: hic *rell.* || malis s. A^A || 23 splendet: *corr. Ald.* || 24. 25 Cyrn- *de hac forma vid. Birt.* (*Rhein. Mus. LIV, 205*) || 26 vas quo *Mu.* || 27 longus *Fr. Dousa* || gemina m. aure *I. Dousa*: *fort.* gemina m. ampla *vel* gemmans m. trulla || 28 *fort.* Calpa (*graece* κάλπη) *et v. 2* calpa dic. (*sed vid. Paul. Fest. p. 46*).

TRVLLEVM, quo manus perluuntur. Varro de Vita Populi Romani lib. I: ʽitaque ea sibi modo ponere ac suspendere quae utilitas postularet: trulleum, matellionem, pelvim, nassiternam, non quae luxuriae causa essent parata'. — et: ʽurceolum aquae manale vocamus, quod eo aqua in trulleum effundatur. unde manalis lapis appellatur in pontificalibus sacris, qui tunc movetur cum pluviae exoptantur; ita apud antiquissimos manale sacrum vocari quis non noverit? unde nomen illius'.

ARMILLVM, urceoli genus vinarii. Varro de Vita Populi Romani lib. I: ʽetiamnunc pocula quae vocant capulas ac capides, quod est poculi genus, item armillum, quod est urceoli genus vinarii'.

SINVM et GALEOLA, vasa sinuosa. Vergilius in Bucolicis (VII, 33):

sinum lactis et haec te liba, Priape, quotannis
expectare sat est.

Varro de Vita Populi Romani lib. I: ʽubi erat vinum in mensam positum aut galeolam aut sinum'.

LEPISTAE. Varro de Vita Populi Romani lib. I: ʽut fere habent aeneum illi, qui venditant oleum. lepistae

---

19—3 Al.—perl.; 5—6 Varro. postul.—nass.; 7—10 ei urceol.—noverit; 11—13 Arm.—capides; 13—16 Item—quotannis; 18—20 Varro. ubi—Lepistae. vas aeneum.

---

3 Trulleam $C^A D^A$ || vas quo *Mu.* || 4 II A^A (*seq.* i) || 4—5 cives m. petere ac suspicere *Mu.* || 5 trulleam $C^A D^A$ || matelliorem: *corr. Bentin.* || 6 esse: *corr. Scal.* || 7 et *Kettner. p. 28* (et lib. II *Scal.*): eius $L B^A C^A D^A$: ius A^A || aquae manalem $L B^A$: aqua manalem $C^A D^A$: aquae manale A^A: aquimanale (?) *Mu.* || 10 exorantur (?) *Mu.* || manale A^A: -lem *rell.* || illis C^A || 12 capullas || 13 q. e. p. g. *del. Popma* || 14 q. urc. (*om.* est) D^A || 15 Galeolas (-los C^A): *corr. Ald.* || 15—16 *cf. 211. 26* || 19 aut lepestam aut g. aut s. dicebant *schol. Veron., Serv. Daniel. in Ecl. VII, 33* || mensa *schol. Veron., Prisc. I, 263* || galeolam *schol. Veron., Serv.*: galeola || sinu: (*corr.* H^2 *mg.*) || 20 L. vas aeneum D^A || 21 illi qui *Mu.*: aliqui || vendant L^1.

etiamnunc Sabinorum fanis pauperioribus plerisque aut fictiles sunt aut aeneae’.

CRETERRA est quam nunc situlam vocant. Naevius Lycurgo (41):

nam ut lúdere laetantís inter se vidimus † praeter amnem
cretérris sumere aquam éx fonte.

Varro de Vita Populi Romani lib. III: ‘ad Sybaritanam praedam, in qua sunt tripodes, creterrae, anancaea, opera nobilium toreutarum’. || [Cicero de Deorum Natura lib. II (114 = Arat. 219):

in medioque sinu fulgens Cretera relucet.]

XVI.

INCIPIT
DE GENERE CALCIAMENTORVM.

* * *

---

23 Cret.—voc.; 26—27 Varro ad—creterae.

---

22 finis A^A || pauperiobus L^1: pauperibus A^A || files $L\ A^A\ C^A$ || 23 Creterra $L\ B^A$: Craetera D^A: Creterra (*H*) *vel* Craterra (*E*: Cartera *P*) A^A: Cretera (*Lugd. Bamb.*) *vel* Caetera (*Paris. 7666*) C^A || 24 nam vel l. (*Paris. 7666*) *vel* nam ve l. (*Lugd. Bamb.*) C^A: namque l. ut *Voss.* || in se A^A: inter sese *Voss.* || propter a. *Iun.*: ut petere a. *Bue.*: *fort.* amnem pr. || 25 *cf.* *84. 12* || creteris $L^1\ C^A$: creterris $A^A\ B^A$: terris *codd. 84* || ex sponte $L^1\ C^A$: ex ponte B^A: ex fonte A^A || 27 creterraen hanc ea C^A || 1 tareutarum $L\ A^A\ B^A$: tartuiarum C^A: *corr. Roth.* || 1 (Cic.)—2 *secl. Mu.* || 2 mediaque || creterare lucis L^1: creterra relucis C^A: creterre lucis $A^A\ B^A$ || 4—9 *Caput XVI*um *deest in codd.; sed utrum folium archetypi exciderit an scribae oculi ex* INC. DE GENERE *ad* INC. DE COLORE *aberraverint, incertum. Cap. XVII*um *post cap. XIV*um *collocat* D^A.

XVII.

INCIPIT

DE COLORE VESTIMENTORVM.

CVMATILIS aut marinus aut caeruleus; a graeco tractum, quasi fluctuum similis; fluctus enim graece *κύματα* dicuntur. Titinius Setina (114):

et quém colos cumátilis deceat?

Plautus in Epidico (233):

cúmatile aut plumátile.

MOLOCHINVM, a graeco, color flori similis malvae. Caecilius Pausimacho (138):

carbásina, molochina, ámpelina.

Plautus in Aulularia (514) institores molochini coloris m o l o c i n a r i o s appellavit.

INPLVVIATVS color, quasi fumato stilicidio inplutus, qui est M u t i n e n s i s quem nunc dicimus. Plautus in Epidico (224):

ínpluiata, ut ístae faciunt véstimentis nómina.

9—12 DE—dicuntur; 16 Mol.—malvae; 19—21 Plaut. inst.—implutus.

---

8 INC. *om.* $A^A D^A$ || 9 DE GENERE (GENER̄ *L*) VEL COLORE VEST. || 10 Cum. color aut *Mu.* || 13 ecquem *Both.* || cumatius $L A^A B^A$: cumatius (*Paris. 7666*) *vel* cumatilis (*Lugd. Bamb.*) C^A || 14—15 *cf. 540. 22; 545. 1* || 16 floris D^A || 18 molichina B^A || amperina $B^A C^A$: amperita L^1: amperinta A^A: *corr. Bentin.* || 19—20 *secl. Mu.* || 19 institutores $L A^A$ || molocini L^1 || 20 molochinarios D^A (*cum H*) || 23 inpluiata (im.) $L^1 B^A$: inpluviata C^A: impluiata (H^1) *vel* impluviata (*EP*) A^A.

CALTVLAM et CROCOTVLAM. utrumque a generibus florum translatum, a calta et a croco. Vergilius in Bucolicis (II, 50):

pinguia luteola pingit vaccinia calta.

Plautus in Epidico (231):

ı́ntusiatam, pátagiatam, cáltulam aut crocótulam.

Novius Paedio (71):

mólucinam, crocótam, cheridótam, ricam, rı́cinum.

Naevius Lycurgo (43):

pállis, patagiı́s, crocotis, málacis mortuálibus.

sed caltulam Varro de Vita Populi Romani lib. I palliolum breve voluit haberi: 'caltula est palliolum praecinctui, quo nudae infra papillas praecinguntur; quo mulieres nunc et eo magis utuntur, postquam subuculis desierunt'.

CERINVM, a cerae colore. Plautus in Epidico (233): ||

plúmatile aut cumátile, cerinum aut gérrinum.

FERRVGINEVM colorem ferri similem esse volunt; vere autem ferrugineus color caeruleus est. Vergilius Georg. lib. IV (183):

et ferrugineos hyacinthos.

24—26 Ca.—calta; 34—35 Castula est—praecinguntur; 37—3 Cer.—est.

---

24 Calcatulam L^1: Cautulam $C^A D^A$ || 25 (Verg.)—26 *secl. Mu.* || 26 mollia D^A (*cum Verg.*) || 27—28 *cf. 539. 1; 539. 4* || 28—29 *om.* L^1 || 28 inlusiatam C^A: illusiatam $A^A B^A$ (L^1 *n. l.*) || 29—30 *cf. 539. 21* (*s. v.* rica); *540. 24* (*s. v.* molucina) || 30 mollicinam crocatam uridotam richam ricinium *codd. h. l.* || 31—32 *cf. 540. 6* (*s. v.* patagium) || 32 malaciis C^A: malatiis L B^A (= G): malitiis A^A: malacis (-lic-) *codd. 540* || mortalibus *codd. h. l.* || 33 castulam: *corr. ed. a. 1471* || 34 castula || 35 quo *ed. a. 1471*: quod || 37—1 (cum.) *cf. v. 14; 540. 22* || 1 aut cum. *om.* L^1 || carinum aut gerrinum *codd. Pl.*: ce. aut gelinum || 2 colore f. simile L C^A || vere] fere A^A || 4 -eos -tos L^1: -eus -tus $A^A B^A C^A$.

Plautus in Milite (1179):

pálliolum habeas férrugineum: nam ís colos thalássicust.

OSTRINAM, ab ostri colore, qui est subrubeus. Turpilius Hetaera (72):

intérea aspexit vírginem
iniéctam in capite rículam indutam óstrinam.

Varro Eumenidibus (121):

aurórat ostrinum híc indutus súpparum.

MVREX, color purpureus. Vergilius in Bucolicis (IV, 43):

ipse sed in pratis aries iam suave rubenti
murice.

et Aen. lib. IV (262):

Tyrioque ardebat murice laena.

LVTEVS color proprie crocinus est. [Vergilius] in Bucolicis (IV, 44):

iam croceo mutabit vellera luto.

et Aen. lib. VII (26):

Aurora in roseis fulgebat lutea bigis.

Varro Eumenidibus (148): ʽnam ut arquatis et lutea quae non sunt et quae sunt lutea videntur; sic insanis sani et furiosi esse videntur insani’. — idem

---

6 Plaut. pall.—ferrug.; 7 Ostr.—subrub.; 13 Mur. col. purp.; 17—21 Virg. Tyrioque—bigis.

---

6 habes A^A || 7 ab—colore *Me.*: ad—colorem || 8—10 *cf. 539. 25* (*s. v.* rica) || 10 iniectam *codd. h. l.*: instantem *codd. 539*: intrantem *Grautoff.* || ind. o. r. *Ribb.* || induta C^A || 12 (hic i. supp.) *cf. 540. 16* (*s. v.* supparum) || a. ostrinam $L\,C^A$: aurora tonstrinam $A^A\,B^A$ || 16—17 *cf. 240. 25; 541. 5* || 17 ardebant A^A || lene (-na B^A) || 18 Verg. *om.* $L^1\,C^A$ || 19 mutavit || 22—24 *cf. 35. 14* (*s. v.* arquatus) || nám ut a. ét q. n. s. lú. et q. sú. v. etc. *Housman* (*Class. Rev. XVI, 255*) || 22 et *del. Bue* || 23 et quae sunt *codd. 35*: aeque (-ae) ut *codd. h. l.* || 24 vid. esse *codd. 35.*

Modio (314): 'sed Cynicis involucrum et pallium luteum non est'.

CROCOTA, crocei coloris vestis. Plautus in Aulularia (521):

cum incédunt infectóres corcotárii.

VIOLACIA, a violae colore. Plautus in Aulularia (510):

flammárii, violárii, cariárii.

PVLLVS color est quem nunc S p a n u m vel n a t i v u m dicimus. Varro de Vita Populi Romani lib. III: 'ut dum supra terram essent, riciniis lugerent, funere ipso, ut pullis palliis amictae'. ||

ANTHRACINVS, [color] niger, a graeco. anthraces enim graece carbones latine appellantur. et est lugentium vestis. Varro de Vita Populi Romani lib. III: 'propinquae adulescentulae etiam anthracinis, proxumae amiculo nigello, capillo demisso sequerentur luctum'.

---

26 Croc.—vest.; 28 Viol.—col.; 30—31 Pull.—dicimus; 32—14 Varro lug.—possim.

---

26 Crocuta || 27 incendunt: (*corr. Bamb.*) || 28—29 *cf. 541.29* || 29 flammari: (*corr. Bamb.*) || cariari: (*corr. H*[1] *Bamb.*): carinarii *codd. Pl.* || 32 esset *Scal.* || ricinis || p. pallis || 1 color D^A: *om. rell.* || 2 lat. *secl. Mu.* || 4 proxumo (-im-) (-me *P*) || dimisso.

XVIII.

INCIPIT

DE GENERIBVS CIBORVM VEL POTIONVM.

ASPARAGOS. Varro Virgula Divina (573): ‘oleum in lucubrationem servabimus, quam in asparagos totam lecythum evertamus’.

BLITVM, olus leve. Varro Eumenidibus (163): ‘Empedocles natos homines ex terra ait ut blitum’.

LAPATIVM. Varro Modio (318):

hánc eandem voluptátem
tacítulus taxim cónsequi lapátio et tisana póssum.

MAENAE. M. Tullius de Finibus Bonorum et Malorum lib. II (91): ‘qui enim voluptates ipsas contemnunt, eis licet dicere se acipenserem maenae non anteponere’.

ACIPENSER, piscis genus. Cicero Tusculanarum lib. III (43): ‘et siquem tuorum adflictum maerore videris, huic acipenserem potius quam aliquem Socraticum libellum dabis?’

32—14 Varro lug.—poss.; 18—1 Ac.—frenum vocari.

---

6 INC. *om.* D^{A} || 7 GENERE $L B^{A}$ || POMORVM || 8 Sparagos || 9 servavimus (serviamus *G*) || melius quam *Mu.* || sparagos (spargos $C^{A} D^{A}$) || totum || legitume vertamus $L A^{A} B^{A}$: legitume veriamus C^{A}: legitime variamus D^{A} (*cum Bamb.*): *corr. Roth.*: totum lecythium e. (?) *Bue.* || 10 lene: *corr. ed. a. 1471* || 11 ait *om.* L^{1} || 12 Lapadium. Tisana D^{A}: Lapadium *rell.* (-pid- *L*): (*corr. index marg. in* B^{A}) || 13 v. h. e. *Mu.* || 14 tacitus D^{A} || possim $C^{A} D^{A}$ || *post v. 14 add. haec* C^{A}: Tisana. Varro modio. hanc eandem voluptatem tacitus taxim consequi lapathio et tisana possim, *fort. recte* || 16 voluntates ipsas: voluptatem ipsam *Cic.* || 17 accipienserem || 18 Accipienser (-pen- D^{A}) || 19 I $B^{A} C^{A}$ || ut $C^{A} D^{A}$ || adfictum L^{1}: adfectum (aff.) *rell.* || 20 accipienserem (-pen- D^{A}).

NASTVRCIVM. Cicero Tusculanarum lib. V (99): 'quos negat ad panem adhibere quidquam praeter nasiturcium'.

MARISCAE. Varro de Re Rustica lib. I (6, 4): 'ut nuces graecae ac mariscae fici'.

OCINVM, quod ocimum dicimus. Varro de Re Rustica lib. I (31, 4): 'primum ocinum, farraginem, viciam, novissime || faenum secari. ocinum dictum a graeco verbo ὠκέως, quod valet cito; similiter quod ocimum in horto'.

LOPADES, genus concae marinae. Plautus Parasito Medico (104):

áddite
lopadás, ecinos, óstreas.

MVRRINA, potio confecta. Varro Anthropopoli (40): 'non modo vinum dare, sed etiam, ut Plautus ait (Pseud. 741), «murrinam, passum, defritum»'. — Varro de Vita Populi Romani lib. I: 'tu autem murrina; loram dicebant in vindemia, cum expressissent acinis mustum et folliculos in dolium coniecissent'.

PORTVLACA. Varro Disciplinae lib. VIII: 'manducata portulaca cito tollit'.

LORA, confectae potionis genus, grandaevis aptum. Varro de Vita Populi Romani lib. I: 'antiquae mulieres maiores natu bibebant loram aut sapam aut defretum

---

18—1 Ac.—frenum vocari; 3 Lop.—mar.; 7 Murr. pot. conf.; 10—21 Loram dic.—defervefaciendo.

---

22 nasciturcium *L* A^A: nast. *rell.* || 24 ac m.] amarisce D^A || 25 ocinium d. C^A D^A (*Paris. 7665*: ocinum *Montepess. Oxon.*) || 26 farracinam || 1 frenum vocari || 2 quod] quo *cod. Varr.* || val. ci.] vaecitos (vec.) || ocinum A^A B^A || chorto C^A: cortho (ch.) *L* A^A B^A || 5 addit ea C^A || 6 lopadas L^1: -des *rell.* || 7 Murruna || 9 murmurena || Varro] porro L^1 || 10 tum *Iun.* || murmurina || *a* loram *nov. lemm.* || 11 dicebam D^A, *ut vid.* || 12 -narum *Ritsch., Opusc. III, 367* || 13 cito] into A^A || 14 Lorea *Mu.* || 16 maiores *om.* C^A D^A || (lauram *P* E^1 *ut vid.*) || sapam *Ald.*: samiam || defritum B^A.

aut passum, quam murrinam quidem Plautus appellare solet'.

SAPA, quod nunc mellacium dicimus, mustum ad mediam partem decoctum. Varro de Vita Populi Romani lib. I: 'sapam appellabant quod de musto ad mediam partem decoxerant; defretum, si ex duabus partibus ad tertiam redegerant defervefaciendo'.

PASSVM. Varro de Vita Populi Romani lib. I: 'passum nominabant, si in vindemia uvam diutius coctam legerent eamque passi essent in sole aduri'.

MORIOLAM. Varro de Vita Populi Romani lib. I: 'vino addito loram, passum vocare coeperunt; muriolam nominabant, quod ex uvis expressum erat passum et ad folliculos reiculos et vinacia ea dicebant || sapam'.

TVRVNDAM, ut libum, sacrum quoddam ex farre genus panificii. Varro Cato vel de liberis educandis (12): 'alii adferunt libum ac turundam'.

10—21 Loram dic.— defervef.; 23—24 Pass. nomin.— aduri; 26—1 Moriol. nomin. qu. ex uvis passis expressum erat quod et vinacia dicebant; 2 Tur. ut lib. sac.; 4—9 Varro alii—solent.

---

17 murmurinam *corr.* D^A || quidem *om.* D^A: (quidam *PE*) || appellari *ut vid.* (-re *G Bamb. Lugd. Paris. 7665 Oxon.*) || prole C^A: solet D^A: putat *L* A^A B^A (*fuerat in arch.* polet) || quidam Plautum a. putant *Ald.* || 22—23 passam nom. *Mu.* || 23 vindemiam: (*corr. Bamb.*) || 24 aduri * * * *Mu.* || 26 lora: *corr. Iun.* || passum *Bentin.*: passi || vocare (-ri L^1): mutare *Mu.*: potare *Popma* || moriolam D^A || 27 quod] quom *Mu.* || exsuviis L^1 C^A (-vis *ut vid. Paris. 7666* [1]): ex uvi A^A || 1 reiculos *Mu.*: reiquos: reliquos *cod. N. Fabri* || ea d.] adiiciebant *Iun.*: adiecerant *Mu.* || sapam *om.* C^A || 2. 4 libum *ed. princ.*: librum || 2 ex *Me.*: et (e L^1) || arre C^A || 3 paneficii.

XIX.

INCIPIT
DE GENERE ARMORVM.

CATAPVLTA, iaculum celer vel sagitta. Plautus in Curculione (690):

atque ita te nervo torquebo ut catapultae solent.

Titinius in Setina (124):

† quem procul aspexit inmittier,
voluít revortit, quóniam catapultá volat. †

Plautus in Captivis (796):

nám meus est ballísta pugnus; cúbitus catapulta ést mihi.

Novius † Pacevo (66):

ut sole hórrescit † ceréa castra
crebró catapulta inpúlit.

Lucilius Satyrarum lib. V (36):

custodem classis catapultas, tela, sarisas.

4—9 Varro alii—solent; 16—19 Nov. in cas. creb.—sarisas.

---

6 INC. *om.* *D*A || 7 GENERIBVS *Mu.* || 9 to. itidem ut *codd. Pl.* || 11 quom *Palmerius*: quem ut *Ribb.* || inmitter *L B*A: inmittier *A*A: inmittere *C*A || 12 volucris *Mu.* || quasi cum ca. *Both.* || evolat *Both.*: avolat *Neukirch.* || *fort.* q. pró. aspexi inmíttier | uoluít revorti? (*vel* nol. rev.) || 15 Pacuvius Paulo *Mu.*: Naevius Paulo (?) *Grauert.*: *fort.* No. Paedio (*cf.* '*Non. Marc.*' *p. 97*) || 16 orescit *L B*A *C*A: horrescit *A*A || ŏr. tuetur *Sittl.* (*Arch. Lat. Lex. I, 486*) || ut sol coruscat c. c. *Iun.*: ut sole aurescit terra c. *C. F. Mueller.*: *fort.* ut sól ŏrescens Céreris c. || 17 cebro *L A*A || 19 catapultas, tela *Roth.*: catapulta stila (ist. *B*A).

Sisenna Hist. lib. III (40): ʽpraeterea catapultas sedecim, quattuor ballistas, viginti plaustra scorpiis ac minoribus sagittis onusta’. — Varro de Vita Populi Romani lib. III: ʽnam postea C. Lutatio consuli ad Aegatis insulas, cum ipse catapulta ictus esset’.

VELITES, levis armatura. Titinius Barbato (7):

. . íta spúrcus ánimátur ín proéliúm
velés, eques recipit sé neque ferit quemquam hóstem . . . .

Sallustius in Iugurtae Bello (46, 7): ʽcumque his permixti velitis’. — Varro Ἀλλ’ οὐ μενεῖς, περὶ φιλαργυρίας (21):

quém secuntur cúm rutundis vélitis levés parmis.

RORARII appellabantur milites qui, antequam congressae essent acies, primo non multis iaculis inibant proelium: tractum quod ante maximas || pluvias caelum rorare incipiat. Lucilius Satyrarum lib. VII (33):

quinque hastae, aureolo cinctu rorariu’ veles.

idem lib. X (9):

pone paludatos stabat rorariu’ velox.

Varro de Vita Populi Romani lib. III: ʽrorarii appellati quod imbribus fere primum rorare incipit’.

---

24 Veles levis arm.; 27—28 Sall. cumque—vel.; 30—2 Ror.—inc.; 5 Lucil. pone—velox.

---

21 uigisti: *corr.* B^A || plautra (-ta L^1): (*corr. Bamb.*) || scorris (scoriis B^A): *corr. Roth.* || **22** honusta: (*corr. Bamb.*) || **23** C. C^A: G. $L A^A B^A$ || ipsa: *corr. ed. a. 1476* || **24** Tit. Barb. * * * Sisenna. ita *Quich.* || **25** spurcus *Ribb.*: spurius (inmundus purius *Bamb., quod ex gloss.* inmundus *ortum vid.*) || **26** *fort.* sese nec || **27** cum quo his L^1: ut cum eis *Sall.*: cum queis *Mu.* || **28** velites D^A || **28—29** *cf. 553. 9* || **28** *αμουμενειϭε περι μαρτυριας* || **29** q. s. quem r. A^A || parmis *codd. 553*: pareans $B^A C^A$: parens L^1: pareans (*H*) *vel* parens ($E^1 P$) A^A || **30** Rorari $L A^A B^A$: Rori $C^A D^A$: (*corr. P*) || congressi: *corr.* D^A || **3** velis || **5** paludatus: *corr. Mu.*: -tum *F. Dousa* || **7** quod imminentibus imbr. *Mu.*

ANTESIGNANORVM proprietas aperta est. Varro *Ἀλλ' οὐ μενεῖς, περὶ φιλαργυρίας* (21):

quém secuntur cúm rutundis vélitis levés parmis,
ántesignaní quadratis múltisignibús tecti.

FVNDITORES sunt qui fundis magis dimicant. Sallustius in Iugurtae Bello (46, 7): ‘ipse cum expeditis cohortibus, dehinc funditorum et sagittariorum delecta manu apud primos erat’. — Sisenna Hist. lib. III (19): ‘ac post armatos funditores et sagittarios ponit’.

GLANDIS est plumbum in modum glandis informatum. Sallustius in Iugurtae Bello (57, 4): ‘pars eminus glande aut lapidibus pugnare’. — Vergilius lib. VII (686):

pars maxima glandis
liventis plumbi spargit.

SCORPIO est genus teli. Sallustius Hist. lib. III (33): ‘quorum unam epistulam forte cum servo nancti praedatores Valeriani scorpione in castra misere’. — Sisenna Hist. lib. III (41): ‘longius scorpios catapulta concitos’.

TRAGVLA est hasta. Sallustius Hist. lib. III (II, 67): ‘avidissimis itaque promtis ducibus, ut Metellus ictu tragulae sauciaretur’. — Varro Meleagris (293):

8—11 Antes.—antes.; 12 Fund.—dimicant; 15—16 Sis. ac—formatum; 19—21 Virg. pars—teli; 22—23 Sallustius praed.—mis.; 25—27 Trag.—sauciaretur.

8—11 *cf. 552. 27* || **8—9** *αμουμεμ* (*ν* $A^A C^A$) *εισ* (*σε* $A^A C^A$) *περια* (*α om.* B^A) *μαρτυριας* || **10** q. s. *om.* L^1 || velites D^A || **11** antesignant $L^1 C^A D^A$ || multis insignibus: *corr. Lachm. comm. Lucr. p. 96* || **16** plumbim *ut vid.* A^A (plumbim *E*, -bi H^1, -bum *P*) || glandis *om.*: *add.* D^A || (pl. in formam glandis *index marg. in* B^A) || formatum D^A (*cum Paris. 7666*) || **17** in *om. L* || **18** bello *om.* C^A || **21** II C^A: II (H^1) *vel* III (*PE*) A^A || **22** quarum: *corr. Quich.* || una epistula (-ola): *corr. Iun.* || **23** scorpionem: *corr. Iun.* || **25—27** *cf. 398. 7* (*s. v.* saucii) || **26** a. itaque *scripsi*: avidisque ita *codd. 398*: avidissimis atque *codd. h. l.*: avidis simul ita atque *Mu.* || **27—29** *cf. 555. 23* (*s. v.* sparum).

aut ílle, cervum quí volabileí currens
sparó secutust trágulave tráiecit.

PVGIO est gladius brevis. Sallustius Hist. lib. III (59): 'at Oppius, postquam orans nihil proficiebat, timide || veste tectum pugionem expedire conatus a Cotta Vulcioque inpeditur'.

ACLYDES, iacula brevia. Vergilius lib. VII (730):

teretes sunt aclydes illis
tela, set haec lento mos est aptare flagello.

ANCILE, scutum grande: unde etiam Numae arma ancilia appellantur. Vergilius lib. VII (188):

laevaque ancile gerebat.

[SPAROS] LANCEAE tela sunt non bellica. Sallustius in Catilinae Bello (56, 3): 'sed ex omni copia circiter pars quarta erat militaribus armis instructa; ceteri, ut quemque casus armaverat, sparos aut lanceas, alii praeacutas sudes portabant'.

PHALERAE sunt bello ornamenta. Sallustius in Iugurtae Bello (85, 29): 'at si res postulet, hastas, vexillum, phaleras, alia militaria dona'. — Vergilius lib. IX (359):

30—6 Pug.—grande; 8—13 Virg. laevaque—ornamenta.

---

28 volabile *codd. utrobique*: -li *cod. N. Fabri*: -tili *Passerat.* || 29 secutus est *codd. 555*: secutus *codd. h. l.* || tragulave] traguleae C^A || traicit *codd. utrobique*: *corr. Iun.* || 31 tumide (*Lugd. Bamb.*) *vel* timide (*Paris. 7666*) C^A: tumida D^A || 1—2 vulscioque B^A || 6—7 etiam nunc arma et ancili (L^1: -ile *vel* -ille *rell.*): *corr. Mu.* || 7 appellatur: *corr. edd. vett.* || 7—8 *cf.* *316. 30* || 9 Sparos *secl. Me.* (*cf. v. 12*) || (Sparus dicitur fustis nodosus quo rustici utuntur cum eunt ad bellum *gl. ad hunc locum pertinet*) || lanceae] lineae (-naee) C^A: linea (lign-) D^A || 11—12 ut quemque $C^A D^A$ (*cum* H^2): ut queque (quaeq-) $L A^A B^A$ || 13 bello *om.* D^A: belli *ed. a. 1471* (Fal. orn. bellica *index marg. in* B^A) || 14 ac (hac) si $A^A B^A$ || res pos.] restui et $L B^A C^A$: restitui et A^A: res tulit *vel* tulerit *docti ap. Sall.* || 15 federas C^A.

Euryalus phaleras Ramnetis et aurea bullis
cingula.

PARMA est scutum breve. Sallustius Hist. lib. IV (III, 102): 'hi locorum perignari et soliti nectere ex viminibus vasa agrestia. ibi tum, quod inopia scutorum fuerat, ea arte se quisque in formam parmae equestris armabat'. — Vergilius lib. IX (548):

ense levis nudo parmaque inglorius alba.

FERENTARII, levis armatura, qui cui opus esset auxilio ferrent excursu levi, armis gravibus non impediti. Cato de Re Militari (6): 'inde partem equitatus atque ferentarios praedatum misit'. — Sallustius in Catilinae Bello (60, 2): 'postquam eo ventum est unde a ferentariis proelium conmitti posset'.

VERVTVM est telum breve et angustum. Sallustius Hist. lib. III (36): 'saxaque ingentia et orbes axe || iuncti per pronum incitabantur, axibusque eminebant in modum erici militaris veruta binûm pedum'. — Varro Ὄνος λύρας (361): 'aut cervos, qui tibi mali nihil fecerunt, verutis. a, artem praeclaram!'

16—21 Virg. Eur.—arm.; 23—24 Fer.—imped.; 27—28 Sall. postquam—angustum; 2 ver. bi. pedum.

---

19 pergnari *I. Dousa* || 21 fuerat H^3: fuere ad *L* A^A B^A C^A: erat D^A || eq. clupeo arm. *Dietsch.* || equestri: (*corr.* H^2) || VIII *L* C^A (*cum* H^1) || 22 levi *L* A^A B^A:: levis (*Bamb.*) *vel* levi (*Lugd.*) C^A || 23 Ferentari || qui cui *Mu.*: quicquid: qui quod *Me.*: *fort.* qui quibus || auxilium *Mu.* || 24—25 ad rem militarem || 26 praedatos: *corr. ed. a. 1476* || 27 proelium (-ae-) D^A: proelium (*Bamb.*) *vel* proeli (*Lugd.*) C^A: proelia (-ae-) *L* A^A: proelio B^A (= *G*) || possent *L* A^A B^A: possent (*Lugd.*) *vel* posset (*Bamb.*) C^A: possit D^A || 28 Verr- *L* A^A C^A D^A || (et acutum *Montepess.*) || (Verrutum missile angulatum et in extimo tenuatum, *etc., index marg. in* B^A *et gl.*) || 29—1 et o. a. i. *Kritz. post Turneb.*: turbae saxae iuncti || 1 minebant *L* B^A: minebant (*Lugd.*) *vel* minabant (*Bamb.*) C^A: eminebant A^A || 2 ericii *Ald.*: erigi *L* A^A: erigo C^A: hirci B^A || verruta || 3 (a. c.) *cf. v. 33* || aut c. *codd. v. 33*: acerbos *codd. h. l.* (a *pro* ā, *i. e.* aut) || 4 verrutus: *corr. mrg. Iun.* || ah *Laurenberg.*: ab || artem preclarem (*Lugd.*) *vel* arte praeclara (*Bamb.*) C^A.

CETRA, scutum breve. Vergilius lib. VII (732):
laevas cetra tegit.

PELTAE, scuta Amazonica. Vergilius lib. I (490):
ducit Amazonidum lunatis agmina peltis.

GAESA, telum Galliarum tenerum. Vergilius lib. VIII (661):
Alpina coruscat
gaesa manu.

Varro de Vita Populi Romani lib. III: 'qui gladiis cincti sine scuto cum binis gaesis essent'.

FALARICA, telum maximum. Vergilius lib. IX (705):
sed magnum stridens contorta falarica venit,
fulminis acta modo.

Ennius (Ann. 556):
quae valide veniunt falarica missa.

et dictum hoc genus teli a falis, id est turribus ligneis.

SPARVM, telum agreste. Vergilius XI lib. (682):
agrestisque manus armat sparus.

Varro Meleagris (293):
aut ílle, cervum quí volabileí currens
sparó secutust trágulave tráiecit.

Sisenna Hist. lib. III (21): 'sparis ac lanceis eminus peterent hostis'.

5—15 Cet.—venit; 17—21 Enn.—sparus; 25—26 Sis.—iac.

5—6 *fort. post 8 collocand.* (*cf.* '*Non. Marc.*' *p. 93*) || 9. 11 Cesa (Cae-) || 9 tela *edd. vett.* || tenerum *om.* D^A || 10 coruscat (*Lugd.*) *vel* -cant (*Bamb.*) C^A || 11 manu *om.* D^A || 18 qua D^A || validae (-de) $L\,A^A\,B^A$: valida $C^A\,D^A$ || *fort.* quae validé venit falárica míssa || 20 Sparus *index marg. in* B^A || 20—21 *cf. 224. 2* || 20 lib. X B^A: XI (*om.* lib.) $L\,A^A\,C^A$ || 21 agrestesque D^A || 22—24 *cf. 553. 27* (*s. v.* tragula) || 23 volabile *codd. utrobique*: -li *cod. N. Fabri*: -tili *Passerat.* || 24 secutus *codd. 553*: secutus est *codd. h. l.* || gratulave B^A || traicit *codd. utrobique*: *corr. Iun.* || 25 IIII C^A.

BALLISTAE, saxa maiora et gravia quibus iaciuntur. Lucilius lib. XXVIII (42):

quid fít? ballistas iáctans centenárias.

Sisenna Hist. lib. IV (92): 'ballistas quattuor talentarias'.

VENABVLVM, venantium telum latissimum a ceteris, acies longitudines.† Vergilius lib. IX (553):

supra venabula fertur.

Varro Ὄνος λύρας (361): 'nempe sues silvaticos in montibus sectaris venabulo aut cervos'.

CONTI, hastae longiores et robustae. Vergilius || lib. IX (510):

ac duris detrudere contis.

MANIPVLI sunt manus militum vel collecti viri. Sisenna Hist. lib. III (20): 'conmotus tamen ex tempore singula constituit et, sicut steterant, maniplos obverti iussit'. [idem lib. IV]

MATERAE, tela gravia bellica. Sisenna Hist. lib. III (29): 'Galli materibus † sani lanceis configunt'. — idem lib. IV (71): 'alii materibus aut lanceis tamen medium perturbant agmen'.

25—26 Sis.—iac.; 29—30 Sis. ball.—latissimum Virg. etc.; 1—3 Conti—viri; 5 Sis. et sicut—iussit; 6—7 Mat.—configunt.

---

26 quae i. *D*^{A} || 28 quid (*Bamb.*) *vel* qui (*Lugd.*) *C*^{A} || fit (*Bamb.*) *vel* sit (*Lugd.*) *C*^{A}: sic *Turneb.* || iactas *ed. a. 1480* || 30 latius a *Mu.* || 31 *fort.* lanceis longitudine cedens || 31—32 Virg. et lato venabula ferro *D*^{A} || 33 suis || 34 -bula *L A*^{A} *B*^{A} || *cf. v. 3* || aut c. *codd. h. l.*: acerbos *codd. v. 3* || 3 Manipulister m. *D*^{A} (*cum Lugd.*) (ster *pro* st̄, *i. e.* sunt, *ut in Bamb.*) || vel *om.* *C*^{A} || collecta *L* || 4 conmutus (comm.) *L B*^{A} *C*^{A} || et temporae *L*^{1}: et tempora *A*^{A} *B*^{A} *C*^{A}: *corr. Lipsius* || 5 steterat: *corr. Gulielm.* || i. l. IV *secl.* (?) *Mu.* (*cf. v. 8*): i. l. IV * * * *Me.* || 6 Materae tela *Me.*: Matereta *L A*^{A} *B*^{A} *C*^{A}: Matera *D*^{A} || ballica *L*^{1}: Gallica *Mu.* || 7 gallia *L A*^{A} *B*^{A} *C*^{A}: galli *D*^{A}: *fort.* Galli aut || ac l. *D*^{A}: aut l. *Roth.*: Spani l. *Me.*: Suevi l. *Scal. MS.* (*in exempl. Bodl.*) || configunt: *corr. Mu.* || 8 ali (alii *A*^{A}): Galli *Peter* || t. aut l. *C*^{A}: ac l. t. *Mu.*

MALLEOLI, manipuli spartei pice contecti, qui incensi aut in muros aut in testudines iaciuntur. Sisenna Hist. lib. IV (83): ‘de quibus partim malleolos, partim fasces sarmentorum incensos supra vallum frequentes’.

CATAPHRACTAE. Sisenna Hist. lib. IV (81): ‘custodiae in muro statuuntur cataphractarum’. — Sallustius Hist. lib. IV (66): ‘qui praegrediebantur, equites cataphracti, ferrea omnis specie’.

FALCES et HARPAGAE, armorum genera murorum obpugnationi apta. Sisenna Hist. lib. IV (82): ‘falces iniectas conminuunt; pluteos propius conlocatos harpagis deiciunt’.

ANSATAE, iaculamenta cum ansis. Ennius lib. V (173):

ansatas mittunt de turribus.

CORYTI, leve missile in modum sagittarum. Vergilius (Aen. X, 169):

corytique leves humeris et letifer arcus.

---

9 Mall.—cont.; 11—22 Sall. de qu.—arcus.

---

9 sparte: *corr.* B^A || contacti: *corr.* D^A || 12 vallium: *corr.* D^A || -ter *Peter* || 14 statum utuntur L^1 || 15 cui *Mu.* || catafracti $L\,A^A\,B^A$: catafracta D^A: catafracta (*Lugd.*) *vel* catafractae (*Bamb., ut vid.*) C^A || omni: -nes *Colerus* || 16 arpagae (-ge) || 17 (acta *G*) || 18 conlocatis (coll.): *corr.* *Peter* || arpagiis || 21 Corici (-ce L^1) || sagitarion C^A: sagittariorum D^A || 22 coricique.

XX.

INCIPIT

DE PROPINQVITATE.

CAESARES dicti qui caesa matre nascuntur.

AGRIPPAE, qui cum labore matris eduntur, || hoc est per pedes contra naturam, non per caput, quasi ab aegro partu.

VOPISCVS, qui ex duobus conceptis uno abortu excluso ad partum legitimum deducitur.

GLOS appellatur mariti soror atque item fratris uxor.

LAEVIR dicitur frater mariti, quasi laevus vir.

FRATRIAE appellantur fratrum inter se uxores.

AMITINI, fratrum maris et feminae filii.

PATRVELES, marium fratrum filii.

CONSOBRINI, quasi consororini, ex duabus editi sororibus.

de quibus exempla multa sunt in antiquis auctoribus, et maxime in Afranio et iuris vetustissimis scriptoribus.

26—11 Caes.—auctoribus.

---

26 que (-ae) (*Oxon., Montepess.*) *vel* qui (*Paris. 7665*) D^A || **1** quae A^A || **3—4** excl. alter ad D^A || **5** Glosa L^1 || idem: *corr. Roth.* || **6** Leuir || fr. mar. *om.* $C^A D^A$ || lebus vir || **7** Fatriae $L A^A B^A$: Fatriae (*Paris. 7666*) *vel* Fratriae (-e) (*Lugd. Bamb.*) C^A || **8** fr.—fil. *om.* D^A || matris: (*corr.* $L^2 P$) || **9** m. f. f.] patrui filius aut filia D^A (*om. Oxon.*) || **10** C. q. *add. Quich.*

INDICES

I.

INDEX LEMMATVM ET VOCABVLORVM OBITER TRACTATORVM.[1]

---

1) paginarum numeri in hoc Indice pariter ac sequentibus editionis sunt Mercerianae, versuum nostrae. ubi paginae tantum numerus apparet, lemma est; ubi et paginae et versus, est vocabulum obiter a Nonio tractatum. orthographiam usitatam, non Nonianam, dedimus, v. g. 'colluvio', non 'conluvio', lemmata libri III plerumque sic expressimus, v. g. 'lusus *et* lusio', libri V sic, v. g. 'alere et educare'. monendum est librorum grammaticorum hoc esse schema:

lib. I.	De Proprietate Verborum pp.	1— 68
II.	De Honestis et Nove Veterum Dictis	68—190
III.	De Indiscretis Generibus	190—232
IV.	De Varia Significatione Sermonum	232—421
V.	De Differentia Similium Significationum	421—448
VI.	De Inpropriis	448—467
VII.	De Contrariis Generibus Verborum	467—482
VIII.	De Mutatis Declinationibus	482—495
IX.	De Numeris et Casibus	495—502
X.	De Mutatis Coniugationibus	502—509
XI.	De Indiscretis Adverbiis	509—517
XII.	De Doctorum Indagine	517—532

D.

G.

H.

K.

L.

M.

N.

Q.

R.

V.

II.

INDEX AVCTORVM.[1])

---

1) quibus in Plauto et Cicerone aliisque quibusdam scriptoribus usi simus potissimum editionibus in praefatione declaratum est. nota illa ‘sq.’ unum fere versum significat sequentem, ea quae est ‘sqq.’ plures.

1) Quo ordine excerpta Gelliana inter cetera excerpta in Compendiosa Doctrina appareant alibi demonstravi (*'Nonius Marcellus', Oxf., 1901*). Siquae ordinem iustum non tenent vel aliam ob causam suspecta sunt, ea signo interrogationis indicantur.

III.

INDEX RERVM.

1) i. e. vocabula quae sermoni suae aetatis nominatim ascribit Nonius.

CORRIGENDA ET ADDENDA.

p. XII v. 11 ab im.	*transpone in v. 14 ab im.* (*post* in Odyss.) et Naevius in Bell. Poen.
XIX v. 7 ab im.	*pro* pro archetypi *lege* proarchetypi
XXIV (ad Montepess.)	*pro* saec. X^{i} *lege* saec. IX^{i}—X^{i}
2 M. 15 adnot.	*pro fort.* q. p. sén. *etc. lege fort.* . . . q. pé. s. et iú. sese ex aédibus | émigrarunt
4. 6	*pro* ém *lege* . ém
9. 24 adn.	*post* (*vide ad 9. 15*) *adde* Plautus Persa (796) ut me in tricas coniecisti? *suppl. Schoell.*
10. 21	*pro* narras *lege* nárras
10. 27	*pro* LVRCONES *lege* LVRCONIS
16. 7	*adde* (Ennius trag. 21)
23. 21 adn.	*post* (prec.) *quae adde aut ex vv. 18—19 repetita esse aut*
37. 17 adn.	*adde* ex *Pradel de praep. p. 534*
38. 19 adn.	*ante* ecferret *L adde* q. nec *codd. 249*
42. 21	*pro* vernilitér *lege* verniliter
67. 26—27 adn.	*adde* (*cf. Apul. Apol. 18*)
80. 32 adn.	*pro edd. lege Marx in praef. Incerti ad Herenn. p. 137, fort. recte*
83. 18 adn.	*adde* quod—fabricatum *Nonio dant alii*
88. 2 adn.	*adde* esse per gentes *Guietus*
88. 23 adn.	*adde fort.* facé iam Amph.
94. 5	*sic distingue* collo sustentatur, truncus
94. 5 adn.	*adde fort.* colló ca. | súst.
96. 13 adn.	*adde fort.* aquarum: *vix* aquandum
102. 7	*pro* 3 *lege* 34
111. 37 adn.	*adde* . . . . ténĕ tu *Skutsch* (*Deu. Litt. Zeit. 1900, p. 1700*)
111. 38 adn.	*adde* flúctuatim me íre *Skutsch*
114. 29	*pro* Grundules *lege* Grundulis
124. 4 adn.	*post del. Quich. adde* (*sed cf. Vahlen ind. lect. Berolin. 1903, p. 9*)
140. 13 adn.	*adde in init.* speras (speran) *Heraeus* (*Arch. Lat. Lex. XIII, 164*)
	adde in fine mi *Heraeus*
149. 7 adn.	*adde* Plocio *edd., K. Schmidt* (*Herm. XXXVII, 203*)

150. 37 adn.	*adde* Perpetuita sit, sit p. *Usener ap. Vahlen*
150. 39 adn.	*adde* perpetuita | sint quae maxime *Vahlen*
154. 14	*pro qui lege quí*
170. 18 adn.	*pro* (*vel* II) *lege* (*vel* lib. II)
190. 30—32 adn.	*pro 314. 9 lege* 314. 15
195. 12	*pro* crucei *lege* cruce
195. 12 adn.	*dele* cruce
197. 8 adn.	*adde* R. sunt q. *Merula*
198. 3—4	*lege* et quís illaec est quae lúgubri súccincta est stolá?
198. 3 adn.	*dele* et quis
214. 10	*lege* ni metus ulla tenet virtutem, rite quiescunt
214. 10 adn.	*lege* nec *Me.* ‖ tenet $F^3 B^A$: tennet *L* ‖ virtutem rite *Vahlen*: rite ($F^3 B^A$: riae *L*) virtute: freti v. *Me.*
221. 20 adn.	*pro* habeat *lege* labeat
223. 19—20 adn.	*adde* (*cf. Fest. 158*)
226. 9 adn.	*adde cf. 'Non. Marc.' p. 97*
249. 7 adn.	*pro* mandarenam *codd. 349 lege* mandarenam *codd. 282*
250. 6	*pro* deum *lege* deûm
264. 28—29	*lege* séd pancárpineó cibó coácto líbaménta legéns cadúca víctus.
281. 6	*pro* Pélopis *lege* Pelopis
284. 29 adn.	*adde* te hic *codd. 152*
290. 18	*pro* qui *lege* cui
290. 18 adn.	*dele* cui
295. 12	*ante* prius *dele comma*
305. 7	*pro* 1382 *lege* 1390
316 ind. excerpt.	*pro* 1—2 Grass. *lege* 1—2 Grass. dicitur
370. 21—22 adn.	*adde* comis <passis> * * * passis *Quich., Vahlen*
382. 12—13 adn.	*adde* in Ione aut *Vahlen ind. lect. Berolin. 1903, p. 18*
383. 2	*pro* spéctandum *lege* spectándum
407. 25—26	*lege* . . . . . dúc et quadrupedúm iugo invitám doma, infréna et iunge válida quorum infrénari minís. [tenácia
407. 25—26 adn.	*lege* iunge *Ital., Vahlen*: iuge ‖ ten. (frenatia C^A) infr.: *trai. Vahlen*
485. 36	*pro* socium *lege* sociûm
492. 5 adn.	*post fort.* catenata *adde vel* coronata
531. 22	*pro* 143 *lege* 143; 314.

DRESDAE: TYPIS B. G. TEUBNERI.

Date Due

JL 29 '61			
NOV 27 1968			
JUN. - 1971			
JAN 15 1993			
JUN 1 1996			

DATE DUE	BORROWER'S NAME
JUN - 1971	FACULTY ROBERT F RENEHAN